



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:


- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

IACOBI FRIDERICI
LUDOVICI,
ICTI,
SERENISS. LANDGRAVII HASSO-
DARMSTADINI CONSILIARI
INTIMI,
ACADEMIÆ GIESSENÆ PRO-CANCELLARIE
ET PROFESSORIS IURIS PRIMARII,
**DOCTRINA
IURIS NATVRÆ
IURIDICE CONSIDERATA.**

ACCEDEDIT
LOCO PRÆFAMINIS
VITA AVCTORIS.



GIESSE,
PVD IOHANNEM MÜLLERVM,
A. MDCCXXIV.

**PER-ILLVSTRI ATQVE EXCEL-
LENTISSIMO DOMINO,**

DOMINO

**IOHANNI FRIDE-
RICO BACHOV
L.B.ABECHT,**

SERENISSIMI DVCIS SAXO-GO.

THANI CONSILIARIO INTIMO,

**PROTO-SYNEDRII, QVOD FRIDENSTEI-
NII EST, PRAESIDI SVMMO,**

**PRAEFECTVRAE TENNEBERGENSIS CA-
PITANEO ET SVMMAE CVRIAЕ PRO-
VINCIALIS SAXONIAЕ ADSSES-**

SORI GRAVISSIMO,

DOMINO MEO GRATIOSO.

• • •

VIR PER-ILLVSTRIS
ATQVE EXCELLENTISSIME.



O sane audaciae nus-
quam processsem, ut
IBI orbatum aucto-
re suo libellum dicarem;
nisi satis mibi perspectum fuisset,
TVAM erga beatum parentem
meum benevolentiam plane fuisse
singularem. TE, VIR PER-
ILLVSTRIS, minime fugit,
TVAM in se voluntatem paren-
tem meum cum summa testificatio-
ne obseruantiae erga TE suae per-
petuo veneratum esse. Quam ob-
rem spero fore, ut ne aegre feras, si
PER-

DEDICATIO.

PER-ILLVSTRI TVO NO-
MINE hoc, quod ea, qua par est,
 reiserentia offertur, apusculum or-
 narem. **T E, V I R P E R - I L L V-**
S T R I S atque **E X C E L L E N-**
T I S S I M E, vult defensorem, neque
 granianem inueniri posse puto. **T V I**
 enim ista magnitudo ingenii omni
 scientia & virtute praestantissimi,
T V A eaque amplissima merita
 haud puto expressiora atque illus-
 triora sunt, quam ut ista narrare
 coque ipso **T I B I** exhibere molestiam
 auderem. Pietatis potius in **T E**
 meae est, Deum precari ter opti-
 mum, ut **T V A M T V A E** que
 splendidissimae familiae incolumita-
 tem & vitae & fortunae firmiter
 tueatur. Praeter eaque abs **T E,**
D O M I N E G R A T I O S E, sum-
 ma, qua debeo, obseruantia etiam

(3) atque

DEDICATIO.

atque etiam peto, ut quem TIBI
placuit praestare parenti beato fauo-
rem, in posterum mihi benigne con-
seruare velis, TV A que dignitate,
auctoritate, grauitate protegas tute-
risque, E me quam gratissimum E-
omni submissionis cultu TIBI de-
uinctissimum, semper experieris

PER. ILLVSTRIS ATQVE EX-
CELLENTISSIMI NOMINIS
TVI

Gieffae d. 22. Febr.
1724.

obsequiosissimum
cultorem

IACOBVM FRIDERICVM LVDOVICE.

BENE-

48. 8.
BENEVOLE LECTOR.

Neque ab re, neque ingratum fore arbitrati sumus, si vitam auctoris libro, cui immortuus est, praemitteremus, tecumque reliquorum, quae edit, scriptorum indicem communicemus.

Vitalem auram hausit d. 19 Sept. 1671. Patre vsus Jacobo Ludouici, sunc Wacholtshagiae iuxta Treptouiam, quam nouam vocant, vltioris Pomeraniae oppidum ad Rheygam amnem, postea vero Pagenkoppi &c. ministro verbi diuini & synodi Massoicae seniore, matre autem Benigna Segebadia, quam viduam duxerat parentis. Filiorum natu minor auctor 1688. Stargardiam missus in studia, quae humanitatis vocamus, ita incubuit, ut relicta ea-

X 4 dem

dem Stargardia Ao. 1690. Regio-
montium, Porussiae academiam
peteret, ibique praecountibus ICTis
celeberrimiſ studio maxime juris
sele dicaret. Exactis duobus an-
nis Stargardiam, electorali regi-
mine ornatam, rediens per qua-
driennium & quod excurrit, du-
cu D. Nitzii in foro esse coepit.
Quo facto anno 1697. Halam
Magdeburgicam tum florescen-
tem academiam venit, eodem
que loci occasionem natus fuit
ostendendi, quid vires ferre pos-
sent. Et enim anno 1698. praes-
side Ioh. Christ. Muldnero de
protectione ab imperatore ecclesiuſ
utriusque religionis in Germania
aequaliter debita, & anno 1700.
illustri Dn. Thomasio praefide
pro licentia, vti vocant, de
præsumptione bonitatis disputabat.

Dccc.

Docebat hactenus iuuenes nobilissimi generis, qui magna frequentia illum audiebant. Quare aliquanto post anno 1701, d. 7. **A**ug. professor iuris extraordinariorum factus & anno sequenti 1702, d. 1. Iul. honorem & priuilegia doctoris iuris consecutus fuit. **A**ccedit, ut eiusdem anni die 26. Septembr. Mariae Elisabethae, Christophori Cellarii, antiquitatum & eloquentiae in eadem academia professoris, filiae, matrimonio iungeretur. Postea anno 1705. d. 16. Ian. ordini iuridico & 1711, professoribus iuris ordinariis adscriptus & denique 1716, a potentissimo Porussiae rege consiliarii aulici dignitate ornatus est. **Q**uamuis vero inter haec a principe Schwvarzburgico oblatum vice-cancellarii munus,

(5) ipsi-

ipsique porro Helmstadii & Coburgi destinatos honores non subiérit & desiderium serenissimi ducis Saxo-Merseburgici, qui eum directorem collegiorum volebat, declinauerit, quum, ut Halae retmaneret & augustissimo regi obstrictus viueret perpetuo, sibi propositum esset; cessit tandem serenissimi domini, ERNESTI LUDOVICI, Landgrauii Hasso-Darmstadii, nutui, atque anno 1721. Giessam inuitatus prouinciam, ibi consiliarii intimi, academiac pro-cancellarii & professoris iuris primarii suscepit. Quum autem in labores & studia continuo incubuisse, effectum tandem est, ut, quod a multis annis senserat malum hypochondriacum, vltimis praesertim vitae temporibus in dies fangulos

gulos ipsius vires adeo debilitaret, ut, quum die 14. Decembris anni 1723, imbecillitate graue- scente, vehementis calor ac tre- mor membrorum, summaque spirandi & loquendi difficultas accessisset, statim sequenti die circa horam matutinam nonam beate obierit, 52. annis tribusque mensibus vitae, coniugii vero 21, completis annis, relatisque ex hoc binis filiis & tribus filiabus.

Libri, quos publicauit, sequen- tes sunt:

Delineatio historiae iuris dipini,
naturalis & positivi uniuersa- lis, cuius editio secunda iam prodiit.

Compendium nouellarum Iusti- niani, subiunctis authenticis usque hodierno.

Vsus practicus distinctionum iu- ridicorum.

PRAEFATIO.

ridicarum, iuxta ordinem di-
gestorum adornatus, tertium
iam recusus est.

Dubia circa hypothesin de prin-
cipio iuris naturae ciusdem-
que vindiciae.

Notae & obseruationes practi-
cae ad constit. crim. Caroli
V, secunda editio prostat.

Rebuffus de priuilegiis studiofo-
rum obseruationibus illustra-
tus.

Doctrina pandectarum, cui praec-
missa historia pandectarum &
adiecta sunt Wissenbachii em-
blematum Tribonianum, tertia
vice impressa prostat.

Supplementa ad compend. iuris
Lauterbachii.

Collegium iuris feudalnis, huius
quoque secunda editio recu-
sa est.

Pa-

P R A E F A T I O.

Patrio porro sermone libros
confecit, hos prae se ferentes ti-
tulos:

**Einleitung zum Ciuil- und
Peinlichen Process,**
qui duo tractatus sexies recusi-
sunt.

Einleitung zum Concurs-Process,
quarta

Einleitung zum Lehns-Process,
quinta vice,

**Einleitung zum Wechsel- Consi-
storial - und Kriegs- Process,**
tertium prodierunt.

**Das Sächsische Land- und Lehns-
Recht / anno 1721. lingua ger-
manica veteri, latina & ger-
manica hodierna.**

**Das Sächsische oder Magdebur-
gische Weichbild / lingua latina
& germanica hodierna.**

**Practer ea usus moderni pande-
tarum,**

P R A E F A T I O.

Etarum, Strykii senioris nomine publicati, auctor est noster a libro 39. usque ad finem totius operis.

Haec omnia Halae peracta, multaque dissertationes habitae, ac programmata publicata, ab ipso fuerunt. Postquam autem Gies-
sam venerat, institutiones Iusti-
niani imp. in usum auditorii ob-
seruationibus, praecipue ex hi-
storia romana 1723. adornauit.
Postremo eodem anno hanc do-
ctrinam iuris naturalis iuridice
consideratam disputationibus,
quibusdam publicis ventilan-
dam tradidit, coque praeside re-
sponderunt:

Dn. Ioh. Conr. Maria Ios. Heeser, Wezla-
riensis.

Dn. Guil. Fridericus Pistorius, Rudenh-
a-Francus.

Iacobus Fridericus Ludouici, Hal. Saxon.
Dn.

P R A E F A T I O.

Dn. Phil. Ludou. L. B. de Bobenhausen,
eques Francus.

Dn. Joh. Christ. Roube, Battenb. Hassus.

Dn. Joh. Guil. Heinr. de Iemgumer Clo-
ster, Hala-Suevus.


Sed prae mature immortuus no-
ster instituto in capite de sepul-
turi finem & reliquis laboribus
suis imponere coactus est, pauca
quae restarent typis mandari cù-
rauimus. Reliqua quae sequun-
tur vel inchoata reliquit vel me-
ditatus est, supplementa scilicet
ad introductiones processuum a
sc editorum ; obseruationes ad
Carpzouii opera ; iurispruden-
tiamque Ciceronianam ; Einleis-
tung zum Bergwerck und Canier-
Proces ; tractatum de diuortiis ;
& denique speculum Sueicum,
quod eo modo, quo Saxonicum
prodierat, publici iuris facturus
erat. Giessac d. 22. Febr. 1724.

INDEX

INDEX CAPITVM.

CAP. I. de indole iuris naturae eiusque genuino conceptu.	Pag. 1
C. II. de iis, quae ante doctrinam iuris naturae supponi debent.	15
C. III. de principio essendi iuris naturalis.	21
C. IV. de principio cognoscendi iur. nat.	27
C. V. de officiis ex iure nat. fluentibus & primo quidem de officiis huma- nitatis.	54
C. VI. de dominiis rerum aliisque specie- bus iuris in re, & quatenus haec iu- ris naturalis dici possunt.	63
C. VII. de officiis contrahentium.	107
C. VIII. de eo, quod ius naturae circa re- rum pretia iustum esse statuit.	122
C. IX. de officiis circa sermonem & iura- menta.	130
C. X. de societate coniugali.	156
C. XI. de societate paterna.	171
C. XII. de societate herili.	178
C. XIII. de delictis & poenis.	188
C. XIV. de officiis erga mortuos.	223

DOCTRINÆ



DOCTRINA JURIS NATURALIS JURIDICE CONSIDERATA.

CAPUT I.

DE INDOLE JURIS NATURA EJUSQUE GENUINO CONCEPTU.

CONTENTA HUJUS CAPITIS.

Jus natura post tempora Grotii a diversis DD. in omnibus fore facultatibus propositum. Et exultum, §. I. ab omnibus tamen non adeo adcurate. Ante omnia is, qui jus natura tradidit, nosse debet, quid sit jus? quid jurisprudentia? jus natura ex jure Romano quidem non est deducendum, interim tamen ita tradendum, ut studiosi juris ex eo utilitatem in jure illo ciuii capere queant, quod statuta intuitu nostra Facultatis juridica etiam requirunt, §. II. que ad theologiam revelatam et naturalem quoque pertinent, ea doctrinae juris naturalis non sunt immiscenda, §. III. de Proscibio in specie §. IV. omnes bi scopuli cuiuslibet debent, §. V. jus natura versatur cir-

A

ca

2. CAP. I. DE INDOLE JUSIS NATURÆ

ea sola officia hominum inter se considerato-
rum. siue quando de meo & tuo queritur, §. VI.
natura vocabulum indigit vires, quas post
lapsum adhuc ex sola ratione habemus, &
exinde de justitia & injustitia actionum judi-
care possumus, §. VII. jus naturæ non est
ex sola auctoritate scriptorum deducendum,
§. IIX. nec ex moribus gentium, §. IX. sin-
gulas dispositiones juris Romani ex jure na-
tura non possumus deducere, §. X.

§. I.



Ostquam semel Hugo
Grotius, vir omnium
encomiis major, Cdo-
ctrinam juris naturæ a
veteribus moralistis ad-
modum conspunctam
restaurare & vero suo
aatori restituere animum induxit: pluri-
mi, ut fieri solet, tam inter JCtos., (a)
quam

(a) V.g. David Meuius in *prodromo jurispru-
dencia genium communis*, qui deinde a. 1686.
sub alio titulo prodiit: *nucleus juris naturalis
& genium*, principia ejus & fundamenta exhib-
bens. Casp. Zieglerus in *nostr. & animalium po-
tibus substantia* in H. Grotii *de jure belli ac pacis*
libros.

quam philosophos, (b) immo & theolo-
gos

libros. Samuel Pufendorffius, primitus professor juris naturae & gentium in academias Heidelbergensi anno 1661 ab electore Carolo Ludouico constitutus, in tractatu de jure naturae & gentium & in compendio de officio hominis & ciuii multa eruditio refert. Henricus Cocceijus in pro-
eretorio iuris gentium, exortationibus & antono-
mia iuris gentium, &c. Christianus Thomafius in institutionibus jurisprudentia divina, &c in fun-
damentis iuris naturae & gentium. Joh. Nicol.
Hertijs, & Magnificus Dn. Immanuel Weberus,
ille in notis ad tractatum de jure naturae & gen-
tium, hic in notis ad librum de officio hominis &
ciuii. Gottlieb Gethard Titius in observatione
bus ad Pufendorffium de officio hominis & ciuii.
Michael Henricus Gribnerus in principiis juris-
prudentia naturalis. Georgius Beyerus in deli-
neatione iuris diuini naturalis & posseui animo-
falis ad fundamenta sua renovati. Gabriel Wolf-
fius & Joh. Laurent. Fleischerus in institutionibus
iuris naturae & gentium secundum regulas justi-
decori atque honesti, quibus Wolffius regulas
prudentiae adjunxit. Nicolaus Pragehianus in
jurisprudentia naturalis, qui officia potissimum ad-
junxit. Sufficiant hi in praesenti, excepto hoc,
quod Kulpisii collegium Grotianum primo loco
etiam adducere debuisset.

(b) V.g. Valentianus Velthemi in dissertatione
litteris: num illas dentur per se beneficium turpe?

4 CAP. I. DE INDOLE JURIS NATURA

ac in *Introductione in opus Grotianum.* Accipi-
mus defensor scholasticarum absurditatum. Sa-
muel Strimesias in *origibus moralibus*, siue di-
serationibus aliquot selectioribus vera moralium
fundamenta complexis. Joh. Joach. Zentgrauius
in *disquisitione de origine, veritate & utilitate*
rectitudine iuris naturalis secundum disciplinam
christianorum ad genitium tamen caput instru-
tua. Joh. Francisc. Buddeus in *selectis iuris par-*
sula & gentium, qui tunc temporis adhuc in aca-
demia Fridericiana professor philosophiae erat.
Joh. Ludou. Praschius de *lego caritatis &c in de-*
signatione iuris naturalis ex disciplina christiana-
stam. Puto etiam Andream Adamum Hochster-
terum in ordine professorum philosophiae fuisse,
cum collegium Pufendorffianum super libris duo-
bus de *officio hominis & ciuiis* ederet. Ita vero
ille in præfatione huic collegio præmissa: est
hic libellus (de officio hominis & ciuiis) si mole,
exiguis: ac si ordinatissimam rerum practicarnus
prope omnium compagem, infinitumque conce-
pernum spectat, vere magnus, immo dexterum ferro,
inexbarans. Quod non, pergit vir eruditus, qui
libros non ex mole astimat, insciabitur, qui post
lectos non sine cunctione Ciceronis, Genesii, Gra-
cios, & in his commentatores, adnotatores, obser-
vatores, ipsiusque Pufendorffii opus de *jure naturae &*
gentium, ad hoc aquosulum de *officio denuo regres-*
fus merito id repetit, argue, rem par est, velut illu-
strissimum omnium compendium, & quod pauci capiunt,
multo raro supplementum evoluunt. Referendi ad-
huc tam ad hanc classem Joh. Georg. Wachte-

gos (c) ac medicos, (d) reperti sunt, qui eandem excoluerunt, diuersa tamen intentione, methodo ac successu, de qua re delineatio nostra historia juris naturalis

A 3 ante

rūs in originibus juris naturalis, sive de jure naturae humana demonstrationibus mathematicis. Immanuel Praeletus in den Grundsätzen des Rechts der Natur. Reliqui transseant, qui in historia juris naturalis jam adducti.

(c) V. g. Josua Schwartzius in indice nonicissimum quarundam, quas Dn. Samuel Pufendorff in libro suo de jure naturae & gentium contra orthodoxa fundamenta Lundini edidit. Adhærebant ipsi reliqui theologi Lundinenses in Scania. Joh. Adamus Osiander in observationibus in libros tres *Grotii de jure belti & pacis*, maximam tamen partem theologicas. Job. Wolfgang. Jägerus in observationibus ad *Grotium*. Valentinus Albergi in compendio iuris naturae orthodoxe theologie conformato.

(d) Hermannus Conringius quidem integrum systema juris naturalis non edidit; interim tamen in doctis suis scriptis multa tradit, que ad illustrationem iuris illius pertinente, v. g. in tract. de finibus imperii Germanici l. 2. c. 19. §. 1. 4. 12. 13. Pertinet huc etiam Lamberti Velthuysii, Medicis Belgæ, dissertatione de principiis justi & decori & libellus de naturali pudore & dignitate hominis, v. Dn. Thomas. in hist. iur. natur. c. 6. §. 12. ubi plures citati.

6 CAP. I, DE INDOLE JURIS NATURÆ
ante aliquot annos edita (e) consuli pot-
est.

§. II,

Quamvis vero in re litteraria omnia libera sint, & sic nec aliarum facultatum cultoribus JCti male vertere possint, quando illi legibus præcipue naturalibus & uniuersalibus excolendis manum admovent; illud tamen valde dolendum est, quod interdum theologi & philosophi, de doctrina juris naturalis litteris quædam consignarunt, genuinum conceptum de quæstione præliminari: *quid sit jus?* *quid jurisprudentia?* non habuerint & sic summa imis miscuerint. Adhuc magis dolendum, quod nonnulli etiam JCti, qui præter leges Romanas nihil audiuerant, nihilominus tamen doctorum juris naturalis titulum adfectauerint, & sic priorum illorum confusionem non parum adauxerint. Interim tamen hoc certum manet, jus naturæ ita docendum esse, ut studiosis juris ostendatur, in quibus materiis jus Romanum, quod semel recepimus, in simplicitate juris naturæ sub-

(e) Prodiit primum a. MDCCI. in 4. deinde audior a. 1714. in 8, Halæ Magdeburgicæ apud Joh. Gotthofr. Rengerum,

substituerit; in quibus autem solemnitates & alias peculiares dispositiones in utilitatem reipublicæ tendentes & juri naturæ non contrarias superadgiderit. In statutis academiæ nostræ tit. 31. §. diuinæ quoque sub rubro: *de officio I. Chorum in genere*, ita dispositum: *diuinæ* (ad quas sine dubio etiam naturales pertinent) quoque *leges voluntas a professoribus diligenter inculcari & demonstrari, eis fontem esse omnis sapientie ac legum.* Facit hoc magnificus Dn. Weberus noster & ego etiam facere confueui. Joh. Georg. Simon, primum doctor Jenensis priuatus, deinde professor juris ordinarius in academia Halensi Fridericiana, *in notis ad Gretium de jure belli & pacis* per modum disputationum publicarum propositis, jus ciuile cum iure naturæ quoque saepius contulit. Ad-datur quoque Hertii nostri *jurisprudentia uniuersalis.*

§. III.

Hoc ipsum in causa fuit, quod ut plurimum tales questiones in praeterito ejusmodi DD. iure naturæ pertractatae fuerint, quæ tamen ad illud referri non possunt. Huc pertinent controversiae: *an officia erga Deum & angelos ex jure na-*

3 CAP. II DE INDOLE JURIS NATURE

tura demonstrari possint? an moralitas fab-
bathi ex illo adpareat? an mysteria divina ex
codice inlustrari queant? de statu animalium
post mortem: de virtutibus atque affectibus
humanis, de successionibus & contractibus
Romanorum, & ejusmodi sexcenta alia,
quæ partim ad theologiam naturalem,
partim vero ad jus ciuite, partim ad phi-
losophiam moralem similesque discipli-
nas pertinent, & jure naturæ distinctissi-
mas. Peccauit hac parte aliquoties ad-
huc ipse Grotius & Pufendorffius, præci-
pue vero ex scriptoribus præ aliis cele-
bribus Seldenus in tr. de jure naturæ & gen-
tium justa disciplinam Hebraorum, nec
non Meuius in prodromo juris gentium, de
quibus fuse actum in cit. delin. hist. jur. na-
tur. §. 43. 44. & 69. (a)

§. IV.

(a) Pertinent huc, quæ habet Dn. Thomasius
& excerpit ex Buddei *instiue. theol. moral. part. 2.*
c. 1. §. 11. in fundam. iur. nat. &c gen. in cap. pro-
arm. §. 16. distinguo, inquit hic, inter leges abso-
lutas & hypotheticas. *Hypotheticas* voco, quæ
certum aliquod institutum supponunt. Institu-
ta ista vel diuina, vel humana sunt. *Humana*,
ut dominium rerum, pretium rerum & alia: di-
uina, ut arbor vetita in paradyso, matrimonium,
sabbathum, sacramenta veteris & novi testamenti.

Ad

§. IV.

Alii nouam distinctionem inter jus
naturæ corruptæ & restitutæ inuenierunt,
quo pertinent Praischii tr. de lege caritatis,
nec non ejusdem designatio juris naturalis
ex disciplina christianorum, v. cit. delin.

§. 74. sed hi non solum præcepta juris
naturæ & christianismi iterum confude-

A 5 runt,

Ad hæc instituta, ad hominum quippe salutem
comparata, obseruanda, jure naturali obligati
sumus. Hinc leges hypotheticæ. Ita plena
cuncta & in aprico posita, optimèque inter se
cohaerentia. Omnia enim dubia facillime hac
ratione solvi possunt. Addit D. Thomasius: non
equidem inuideo, miror magis. Interim a te-
nere juuenrute obseruavi, quod hi, qui omnibus
placere volunt, maximam nauare solent operam,
qui præcipuus Dn. autoris character est, adhuc
pluribus displicent, quam qui cordate, & ab-
sque adulazione doctrinam veritatis proponunt.
In subsequentibus omnia refutat Dn. Thomasius
& ostendit, lumen rationis & revelationis non
esse confundendum. Valentinus Alberti jus na-
turæ ex statu integratæ, quem tamen sola ratio
ignorat, deducendum esse putat. Philosophia
moralis respicit interna & requirit, ut actio ex
habitu virtutis proueniat: jus naturæ autem con-
tentum est, modo actio extrinsecus cum lege
conveniat & licet malum formidine poena inter-
mittatur.

¶ CAP. I. DE INDOLE JURIS NATURÆ

runt, verum etiam leges positivas, siue
fœuelatas & ex sola ratione cognoscibiles
inter se miscuerunt, quo ipso non possunt
non tanquam nouæ confusioneis discipli-
narum auctores considerari.

§. V.

Omnis hosce scopulos euitare debet
genuinus juris naturalis cultor, quoniam
alias clarum de eodem conceptum sibi
nunquam formare poterit. Nihil certe
prodest alios dissentientes refutare, immo
conuiciis & injuriis eos adficere, si ad
quæstionem principalem & præjudicia-
lem: *quid est jurisprudentia naturalis?* ex
principiis juridicis respondere nequeas.

§. VI.

Supponimus autem primo circa di-
ctam quæstionem ex unanimi omnium
JCTorum consensu, quod sc. jurispruden-
tia in significatu suo generali accepta ta-
lis disciplina sit, quæ circa sola officia
hominum inter se confederatorum versetur,
non autem circa officia erga Deum, (a)
erga

(a) Pertinent ergo hæc, ut iam in §. III. di-
ctum, & deinde iterum in hoc §. binis verbis di-
cetur, ad theologiam naturalem, quatenus illa
officia ex rationis lumine solo cognosci & de-
mon-

erga angelos, aut circa interpretationem rerum spiritualium, quippe quæ omnia ne minimum quidem commercium cum juris scientia habent; Hinc fluit brocardicu[m]: JCtos de meo & tuo solummodo sollicitos esse, & consequitur exinde simul, quod quæ in genere ita de juris prudentia dicuntur, ea quoque in specie (6) ad jus naturale applicari, reliqua ad ducta vero ad theologiam naturalem remitti debeant.

§. VII.

monstrari possunt, Dn. Thomasius *in fundamentis iuris nat. & gent. cap. proximal. §. 19. in not. adject. edit. 4.* dicit: in scholiis nunc adjectis quandoque allegavi textus S. scripturæ, ut ostendam, doctrinas meas, quæ multis nouæ & periculoſe videntur, (v.g. hypocritis, &c ut Dn. Thomasius eos alias vocare consuevit, hereticibus,) conuenire etiam satis aperte cum scriptura sacra. Hic multa lectu digna & ad historiam juris naturalis pertinentia intuitu praesentis materiarum etiam ad fert *in not. ad §. XVII. d. cap. de Hobbesio in libro de cive & de Richardo Cumberlando, Hobbesii acerrimo aduersario, in disquisitione de legibus naturæ, qui leges naturales & positivas ab iniuciem probe separarunt.*

(6) Est notissimum argumentum a genere proximo ad speciem.

§. VII.

Deinde supponimus, vocabulum *natura* hactenus ab omnibus & semper revelationi & S. scripturæ oppositum fuisse, illudque, quantum ad scopum nostrum adtinet, tales hominum vires denotare, quæ ex ratione sibi relicta quadantenus homini suggerunt, quidnam intuitu actionum externalium pro justo, quidnam pro injusto habendum sit. Unde exulant illi, qui in explicatione juris naturæ & decisione controversiarum ad illud pertinentium subinde ad S. scripturam prouocant. Hoc ipso enim lumen rationis & reuelationis inter se confunduntur. (a)

§. IIX.

Supponimus porro, jus naturæ non ex autoritate scriptorum, aut gentilium, aut christianorum, definiendum esse, sed ex tali principio, quod omnes homines pro certo & indubitato agnoscant, de quo deinde suo loco dicemus. Postquam hoc factum est, tunc demum testimonia ejusmodi scriptorum, illustrationis gratia adhiberi possunt, quod Grotius & Pufendorfius in suis scriptis, ille in tractatu *de jure belli & pacis*, hic autem in opere *jure*

(a) Ut in precedentibus diximus.

jure naturæ & gentium, præstiterunt. Ex hoc capite censuram merentur illi, qui in questionibus de prohibitione incestus, polygamia, &c. ad solas auctoritates scriptorum gentilium prouocare consue- runt. (a)

§. IX.

Ex eadem ratione a veritatis tramite aberrunt illi, qui ex moribus quarundam, vel si maiis, plurimarum etiam gentium, jus naturæ deducere volunt, v. g. quod bellum solemnis denunciatio præcedere debeat: quod certæ ceremoniæ in receptione legatorum adhibeantur, cetera. Hi mores enim a singulis gentibus iterum pro lubitū mutari possunt, prout ostendimus in usu pract. distinct. jur. ad tit. ff. de j. & j. dist. VI. reliqua, quæ ex jure gentium vulgo deducuntur, & que commode suis locis ex jure naturæ deducemus, nam jus gentium proprie sic dictum non agnoscimus. (a)

§. X.

(a) De quibus suo loco dicemus.

Ad §. IX.

(a) Ostendimus jam, non dari jus gentium juri naturali contradistinctum in nos. ad insbes. sss. de jur. nat. gen., Et simil. §. 1. sub. lit. a, unde hac

§. X.

Ultimo loco notandum est; nullam necessitatem efflagitare, ut omnia ea, quæ in jure Romano habentur, ex jure naturæ deducamus. Jura ciuilia enim, non solum

haec transponere non inutile erit: si daretur peculiare ius gentium taliquis iuribus positius contradistinctum, illud vel ius *divinum* esset, vel *humani*; tertium non datur. Si *divinum* esset, vel cognosceretur ex solo lumine rationis, vel ex teuelatione, tiam tertium iterum non datur. Priori casu, si ex lumine rationis cognosceretur, esset ipsum ius naturæ, posteriori autem, ius divinum posituum ita sacris litteris teuelatum. Porro, si ius gentium *juris humani* species esse deberet, ostendendus esset Monarcha, qui omnibus gentibus in omnibus mundi partibus hoc ius constituisset. Sed ubinam ille gentium? at, inquietunt, gentes per *pacta* ejusmodi ius introduceant; ego autem quero, quo loco & quo tempore hoc factum? neutrum ostendi potest, & licet ostenderetur, pactum tamen non constituit nouam speciem juris positivi, sed ius naturæ obligat ad pactum seruandum. Si quis pactum tacitum crepat, ille de non ente iterum loquitur, v. Hobbes. de cive c. 14. §. 4. 55. Pufendorff. de jur. nat. Gent. l. 2. c. 3. §. 22. Dn. Thomalius in jurisprud. divisi. l. 1. c. 2. §. 101. seqq. addic. ejusdem fundam. jur. nat. Gent. l. 1. c. 5. §. 165. n. sive ad fin. cap.

soluti Romanorum, sed & alia etiam multa statuerunt, quæ necessitas (a) hujus, vel illius prouinciaz efflagitat & quæ tamen jus naturæ plane ignorat. Unde, qui in diuersas partes hic a nobis abeunt, non possunt non confusionis juris naturæ & ciuilis rei esse.

CAPUT II.

DE IIS, QUÆ ANTE DOCTRINAM JURIS NATURÆ SUPPONI DEBENT.

CONTENTA HUJUS CAPITIS.

Connexio cum capite precedente, §. I. ante jus naturæ ejusque doctrinam jam pro certo supponenda est ex theologia naturali existentia, & providentia diuina. §. II. occurritur obiectio: §. III. cognitio quadam ex philosophia rationali de principiis interpretandi ante doctrinam juris naturalis etiam supponi tur.

(a) V. g. in jure Romano, ne ferrina ex fidelissione renetur propter SCrum Vellejanum: ne filius familias ex capite mutui obligetur, propter SCrum Macedonianum. Jus naturæ etiam solemnitates ignorat, quas jus Romanum in materia de testamentis, stipulationibus, aliisque introduxit, de quibus Barnabas Brissonius in tract. de fargulis & solemnibus populi Romani verbile

16 CAP. II. DE IIS, QUA^E ANTE DOCTRINAM
sunt, §. IV. nec non cognitio philosophiae pra-
dictae, §. V. item terminorum & vocabulorum
artis, §. VI.

§. I.

Cum ex iis, quæ in cap. preced. dicta sunt, satis constet, dari multas disciplinas, quæ magnam quidem cognationem cum jure naturæ habent, sed reuera tamen ab eodem sunt distinctæ: inde nunc explicandum erit, quibus doctrinis jam imbutus esse debeat, qui cum fructu juris naturæ cultor esse desiderat.

§. II.

Ostendit autem hic ipsa rei natura, neminem interpretationi & applicationi legum naturalium manus admouere posse, nisi credat, existere legislatorem, tamquam earundem auctorem, i. e. nisi Deum esse, persuasus sit. Remoto enim Deo, non dantur leges naturales, nec obligant, quod quidem moralistæ olim adfirmabant. (a) Ex quo adparet, theologiam naturalem ante jus naturæ supponendam esse.

(a) Grotius de J. B. & P. in prolegom. §. XI.
ita: Et hoc quidem, quæ jam diximus, locum aliquem haberent, etiam si daremus, quod sine summo scelere dari nequit, non esse Deum, aut non curari

esse. Unde, si quis cum gentili ex jure naturæ disputare intendit, ante omnia ex illo querere debet: (1) an credat esse Deum, & (2) an prouidentiam in res humanas ipsi attribuat? quorum, si alterutrum negat, quod posterius Epicuro tribuitur, contra illum, tamquam negantem principia, in jure disputari nequit, sed ad theologiam naturalem recurrendum & ex ejus principiis de utroque ante omnia conuincendus est negans. Interim, quod ad disciplinam juris naturalis, siue ejus intuitu satis est, modo quis credat, esse Deum, annon falsum, ut gentiles, vel verum

B
rum

curari ab eo negotia humana: cuius contrarium cum nobis partim ratio, partim traditio perpetua inseuerint, confirmant vero & argumenta multa, & miracula ab omnibus seculis testata, sequitur, facta ipsi Dvo, ut opifici, & cui nos nostraque omnia debeamus, sine exceptione parendum nobis esse. Puto, hæc nullam censuram mereti, v. *biflor. jur. natur. g. CIV. Moralisæ*, v. g. Molina, Sanchez, ceteri, olim dicebantur, sicuti *legiste*, qui præcipue juri ciuili Romano, & *canoniste*, qui præcipue juri canonico excolendo operam nauabant; Qui utrumque excolebat, vel saltem, quod frequentius, excolare volebat, doctor *atriusque iuris* deinde audiebat. Interdum in uno cantu sciebat, quantum in altero.

18. CAP. II. DE HIS, QUA ANTE DOCTRINAM

rum conceptum de Deo habeat, hoc iterum ad theologiam naturalem pertinet. Multa huc facientia suppeditat Pufendorff. *de offic. hom. & ciu. l. I. c. 4.*

§. III.

Occurrentum hic statim erit nonnullorum objectionibus, quas circa nostrum suppositum formare consueuerunt. Male facitis, inquiunt, quod existentiam Dei jam ante jus naturæ supponitis, cum potius eandem exinde demonstrare debetis. Nos vero regerimus, primo, quod illi nullum medium terminum adferre possint, quo mediante objectionem suam liquidam & certam faciant. Deinde, prouocamus ad omnes jurisprudentia species, ciuilem, feudalem, ecclesiasticam, & si quæ aliae sunt, in quibus nuncquam de existentia legislatoris disputatur, sed illa tamquam indubitata jami supponitur. Ergo in jurisprudentia naturali idem obtineat, necessum est, quia illa quoque est jurisprudentia species.

§. IV.

Præter theologiam naturalem, de qua hactenus, ante doctrinam juris naturalis porro supponi debet cognitio quædam ex philosophia rationali de principiis inter-

pre-

pretationum, hujus enim doctrinæ utilitas non solum in naturali, sed & in reliquis jurisprudentiae speciebus cernitur, unde tamquam pars juris naturæ considerari nequit. Grotius quidem & Pufendorffius peculiaria capita de habitu interpretandi operibus suis inseruerunt; sed hoc propterea saltem facere necesse habuerunt, quia tunc temporis in logica vulgari ne iota quidem de hac materia inueniebatur, sed totum fere opus philosophiae rationalis doctrina de syllogismo absoluebatur. (a) Postquam vero nostris temporibus Dn. Thomasius in der Verstandeslehre / Weisius etiam aliisque defectum illum emendarunt, hinc, ut de interpretatione in jure naturæ amplius agatur, necessitatis non est.

§. V.

Pari ratione, quæ ad generalia fundamēta

B 2

menta

(a) Hinc etiam nonnulli ex veteribus JCTis angentia volumina de materia interpretationis ediderunt, quo pertinet Mantica de tacita & ambigua coniunctione & de conjecturis ultimarum voluntatum, Simon de Praetis de ultimis voluntatum interpretatione, ceteri. Grotius in opere de jur. belli. & pac. de hac materia agit l. 2. c. 16. Pufendorffius vero in tract. de jur. nat. & gent. l. 5. c. 12.

20 CAP. II. DE IIS, QUAES ANTE DOCTRINAM

menta de obligatione, nec non de natura legum & potestate legislatoris, item de principiis actionum humanarum, intellectu & voluntate, pertinent ex philosophia practica, ethica, politica, jam ante jus naturae supponi debent. Interim tamen non adeo grauiter hic peccatur, licet tales doctrinæ traditioni juridicæ interdum immisceantur, quia fundamenta decisionum in controversiis obuenientibus exinde saepius defumi solent, unde nos quoque easdem locis conuenientibus, præcipue autem in materia contractuum & delictorum, ut in jure Romano & a J. Cœlio semper etiam fieri solet, breuibus tangimus.

§. VI.

Ultimo loco tenendum, terminos technicos & vocabula artis ex jure naturæ non deduci, sed pariter ante illud supponi debere. Valent enim vocabula ex tacito quasi pacto, vel totius alicuius gentis, vel omnium eorum, qui certam disciplinam profitentur, & sic periti in arte sunt. Hinc ex jure naturæ ratio reddi nequit, cur in emtione *res pro pretio*, in permutatione autem *res pro re* tradenda sit, sed sufficit, hominibus ita semel placuisse,

cuisse, ab initio enim omnia vocabula erant arbitraria. De eo saltem disponit jus naturæ: utrum emitio, permutatio, &c. semel rite inita, sit seruanda? annon contraveniens ad interesse obligatus? &c.

CAPUT III.**DE PRINCIPIO ESSENDI JURIS
NATURALIS.****CONTENTA HUJUS CAPITIS.**

Principium essendi juris naturalis nihil aliud est, quam causa efficiens, sors & origo juris naturæ, §. I. cur de eo in peculiari capite agendum fuerit? controversia de illo inter Dn. Coccejum & præsidem, §. II. veteres moraliste voluntatem diuinam ejusdem sanctitati opponebant, §. III. quod peccatum involuit, si quis voluntatem absque sanctitate concipere velit. Non datur etiam lex diuina aeterna, juxta quam Deus agere tenetur, §. IV. nec dantur actiones per se licita, vel turpes, abstrabendo a voluntate legislatoris, §. V. quamuis Grotius, circa principium voluntatis diuina errauerit, atheismi tamen argui nequit, §. VI.

§. I.

Quoniam cap. prec. §. II. diximus, existentiam legislatoris, Dei scilicet, jam ante doctrinam juris naturæ supponi

debere, hinc incongrua videri poterat inquisitio de principio essendi in praesenti capite instituta, cum illud principium hoc loco reuera nihil aliud sit, quam causa efficiens, siue fons & origo juris naturae.

§. II.

Et sane omitti potuisset hoc caput, nisi antiqui sic dicti moralistæ subtilitatibus suis rem in se claram maximis tenebris inuoluissent. Immo, nisi etiam nonnulli ex recentioribus Pufendorffio & ejus hypothesin sequuntur, imputare auctiuisseant, ac si de Deo nihil plane scirent, sed in ejus locum idolum quoddam, socialitatem nempe, substituerint, (a) quo

III.

(a) A. 1699. sub præsidio Dn. Henrici Cocceji, consiliarii Brandenburgici & professoris juris in academia Francofurtensi celeberrimi, filius ejus, Dn. Samuel Coccejus, postea itidem prima professor juris in dicta academia, nunc potentissimi Regis Borussiæ consiliarius intimus, disputationem inauguralem publice habebat de principio juris naturalis unico, vero & adequato, in qua principium Pufendorffii penitus rejiciebat. Prodibat deinde a. 1701. prima vice mei, Præsidis, delineatio historia juris divini naturalis & posse eius universalis, in qua ad argumenta contra Pufendorffium adlata modeste respondebam a.

§. 181.

inuento exosam statim doctrinam Pufendorffianam reddere, suæ autem magnum fauorem conciliare, sed sine effectu, intenderunt.

§. III.

Quantum ergo ad veteres moralistas adtinet, illi hæc duo in essentia Dei sibi iniucem opponebant, *voluntatem* diuinam ejusque *sanctitatem*, & ex sanctitate, non autem ex voluntate, præcepta juris naturæ deducebant. Inde profluit ipsorum assertio: Deum habere legem æternam, secundum quam ipse agat, & eandem quoque archetypum legis naturalis con-

B 4 stitue-

§. 101. usque ad §. 107. A. 1702. disputatio illa citata auctior prodibat sub titulo *tractatus juris gentium de illo principio, & Dn. auctor in parte alter.* illis respondere volebat, qui dubia contra ipsius disputationem mouerant, ut anonymo cui-dam, (qui Leibnitius credebatur,) Johanni Nicolaio Hertio, nostro quondam, viro vere erudito, &c. mihi etiam, sect. 1. 2. § 3. Opponebam ego a. 1703. dubia circa hypothesis de principio iuris naturæ ejusdemque vindicias, quæ habebantur in cit. tract. jur. gens. part. alt. ad quæ Dn. Coccejus a. 1705. aliqua regrebat sub rubro: *resolutiones dubiorum, &c.* ubi repetebantur priora, prout in processibus & in specie in duplicis, triplicis, ceteris, fieri adsolet.

stituerit, hanc autem legem esse dictam sanctitatem diuinam. Ex quo porro inferunt, quosdam actus per se & antecedenter ad voluntatem diuinam honestos, vel turpes esse, item: obligationem ex jure naturæ prouenientem ex objecto in præceptum scle diffundere, v. Osiandri typum leg. natur. Thomas. jurispr. diss. l. z. f. 2. n. 74. usque ad gl. c. 4. n. 20. seqq. nostr. delineat. bish. jur. nat. §. 69. Ex protestantibus illas scholasticorum hypotheses præter citatum Osiandrum etiam Valentinus Velthem & Zentgrauius acriter defenderunt, v. dict. delineat. §. 46. 60. 61. & 69.

§. IV.

Quemadmodum vero maximum peccatum inuolueret, si quis voluntatem diuinam absque sanctitate concipere & sibi imaginari velit: ita quoque opus esse non videtur, ut cum illis veteribus alteram alteri in hac materia opponamus, quia voluntas Dei semper est sancta, & omne quod sanctum est, hoc Deus semper vult. Neque etiam dici potest, Deum agere juxta legem aliquam æternam propriæ sic dictam, quia Deus non habet superiorem, qui hanc legem tulisset. Deus ergo ex voluntate

voluntate agit, sed hæc voluntas est satis
etissima.

§. V.

Prout itaque alias omnis lex a voluntate superioris proficiscitur: ita quoque principium essendi juris naturæ voluntatem Dei unice esse, constanter adserimus. Nec videmus, in quo a tramite recti hic abeat sententia Pufendorffii ejusque sequacium, quando statuunt, non dari actiones per se turpes & honestas, sed turpitudinem & honestatem demum ex declarata legislatoris voluntate oriri, (n)

B 5 & sic

(n) Ita statuunt Dn. Thomasius *jurispr. dinin.*
b. 1. c. 1. §. 31. c. 2. §. 74. seqq. c. 4. §. 20. seqq. Mag-
nificus Pro-Rector, Dn. Weberus, in disputa-
tionibus, quas in hac academia publice habuit &
themata quædam selecta ventilauit, *disp. 1. them.*
3. ita: vis obligativa legis omnis est a voluntate
imperantis. Ratio, (1) quia imperans est hujus
effectus adæquata cauſa, (2) citra hanc jus, lex,
obligatio & officia nonnisi inania futura essent
vocabula. Dissentiunt, qui decepti per schola-
sticos, docentes, quod actiones in se & sua natura
honestæ, vel turpes dentur, etiam antecedenter ad
voluntatem Dei, cum Grotio juri naturæ obliga-
tionem tribuunt, posito, Deum non esse, vel non
curare res mortalium, item Haberkorn, qui vim
obligatiuam in jure & æquitate constituit, *relig.*
Grot. p. 52.

& sic ante illam declarationem omnia esse
indifferentia. Et valde absurdum est im-
stantia dissentientium, exinde sequi, quod
etiam v. g. furtum, adulterium, aliaque
delicta hoc modo ad classem rerum in-
differentium referri debeant; eo ipso
enim, dum dicitur, esse delicta, simul quo-
que adseritur, prohibitionem superioris
jamdum adesse, & sic illam actionem pro
permissa haberi non posse.

§. VI.

Evidens videtur, quod Grotius non
admodum magnifice de principio volun-
tatis diuinæ sentiat, quando scil. in *tr. de*
jur. bell. & pac. proleg. §. 11. adserit, dari jus
naturæ, et si Deus non sit; verum cum
expresse subjungat: *sine summo scelere dari*
non posse, quod Deus non sit; hinc quilibet
videt, Grotium hoc non per modum the-
seos, sed fictionis per impossibile posuisse.
Pufendorffius sententiam suam de volun-
tate diuina sepius, præcipue vero de *jur.*
nat. & gent. l. 2. c. 3. §. 5. satis clare expli-
cat. (a) Immo tunc temporis quidem
nemo

(a) Adde Pufendorff. *de offic. homin.* & *civ. t. 1.*
c. 3. §. 10. quem §. integrum adponemus: istæ
potro precepta (de custodienda socialitate,) eti-
maq;

memoria de negatione principii essendi di-
stinctio voluntatis cogitabat & sic multa do-
co dicere, opus non erat.

CAPUT IV.**DE PRINCIPIO COGNOSCENDI
JURIS NATURALIS.****CONTENTA HUJUS CAPITIS.**

Connexio cum capite precedente §. I. De Thoma Hobbesii principio intuitu status belli omnium contra omnes, §. II. duæ sententia Hobbesiana erronea recensentur, §. III. primum statum scil. hominum naturalem belli esse, refutatur, §. IV. altera: cuilibet homini naturaliter competere jus inuidandi alterum &c. propter innoluentem contradictionem rejiciuntur,

manifestam habeant utilitatem; tamen ut eadem vim legis obtineant, necessum est, presupponi, Deum esse. Et sua providentia omnia regere, cum demque mortalium generi injuruisse, ne ista ratio dictamina tamquam leges ab ipso ut congenitis luminis promulgatas obseruent. Alias enim possent ea quidem fortasse obseruari intuitu utilitatis, sicut quæ a medicis regendæ valetudinis praescribuntur, non autem tamquam leges, quippe quæ necessario ponunt superiora & quidem tales, qui alterius gubernationem acta suscep- perit.

48 CAP. IV. DE PRINCIPIO COGNOSCENDI

ter. §. V. nota illa Tribonianus praecepit, quod
Tribonianus & Strimesius extulunt, funda-
mentum juris natura non exhaustivum, §. VI.
methodus Valent. Alberti, qui juris natu-
re principium ex statu integratatis demon-
strare conatur, recensetur §. VII. cum respon-
dimus §. IX. De congruentia hypotheses
S. Strimesii cum illa, quam dictus Alberti
fouet, disquiritur. De opinione Meuli re-
missive §. IX. H. Bodini principium, quod
in ordine natura quarit, eliditur §. X. ad
socialitati adhuc duo alia principia adjun-
gunt. §. XI. Sam. Coccejus jus natura ex
voluntate divina dedit, principia autem
cognoscendi voluntatem sex statuit, que cum
dubiis nostris summatim recensentur §. XII.
principium socialitatis omnibus aliis prafer-
tur §. XIII. quod fusi demonstratur §. XIV.
propositio fundamentalis ad omnium genti-
lium captum formata adsertur §. XV. So-
cialitas communis, erga quemlibet pacifi-
cum, band vero particularis in tertii pra-
judicium tendens hic intelligitur, §. XVI. qui-
libet, etiam aduersa valetudine laborans, hanc
socialitatem colit, §. XVII. objectio, quod so-
cialitatem pro principio supponens, jus ex
utilitate metiatur, removetur §. XIX. alias
objectionibus vilioribus responditur §. XIX.

con-

controversia: verum jus naturæ etiam infestum cordibus inscriptum sit &c. ventilatur. Lepida de ea scholasticorum opinio, §. XX. multi scriptores, quondam verba solum, circa principium cognoscendi dissentiant, re tamen omnes nobiscum conueniunt. §. ult.

§. I.

POstquam in *cap. præced.* supposuimus, jus naturæ ex voluntate diuina deducendum esse: nunc porro subsequitur quæstio, eaque principalis fere: quatenus voluntas Dei in jure naturæ cognosci possit, seu melius, quatenus demonstrari queat ex sola ratione, hanc illamue actionem cum voluntate Dei conuenire, vel eidem etiam repugnare.

§. II.

In diuersissimas sententias hic iterum abeunt DD. ex illa potissimum caufa, quod vel statum naturæ humanæ sibi erronee conceperint, vel quæstiones ad jus naturæ plane non pertinentes ex illo tamen deducere voluerint, de quo *cap. 1.* diximus. Percurramus opiniones eorum, qui præ aliis famam in hoc studiorum genere consequuti sunt. Est inter illos, quantum in specie ad ordinem temporis spe-

spectat, primus fere *Thomas Hobbes*, Malmesburiensis Anglus, qui in libello, quem de *cisae* inscriptit, nec non in aliis scriptis suis hypothesin de jure naturæ ejusque principio hac ratione exponit. (a) Primo supponit statum hominum, etrumque naturam, in quo post primorum parentum lapsum nunc degunt, in inclinatione ad damnum mutuo inferendum consistere, id quod bellum omniuum contra omnes vocat. Immo ulterius adhuc progreditur, ut singulis etiam hominibus jus concedat, nocendi aliis, his autem vicissim facultatem, iisdem resistendi attribuat. Ex quo nunc porro infert, quod cum homines viderint, hac ratione genus humanum necessario esse interitulum, si alter in alterum perpetuo saeuiat: eos coactos fuisse, ut per modum pacti juri belli gerendi renunciarent, & sic in statum tranquillum & pacificum transirent. Ergo juxta ejus hypothesin per pacta non datur alteri jus nouum, quod prius non habuerit, quia omnia ipsi licebant, sed alter jure suo prætenso se saltem abdicat, quod alteri resistere nolit. vid. *bistor. iur. nat.* §. 35.

§. III.

(a) cap. 9. §. 3. c. 13. §. 70.

§. III.

Quamuis ergo Hobbesius hac ratione etiam statuat, rationem sibi relictam dicere, ut ex statu belli in statum pacis & tranquillitatis transeamus, & in multis etiam conclusionibus cum aliorum DD. placitis conueniat; in eo tamen a trahente recti aberrauit, quod putauerit (1) statum hominum naturalem esse statum belli & (2) cuilibet homini naturaliter competere jus inuadendi alterum, huic autem vicissim facultatem eidem resistendi.

§. IV.

Licet enim, quantum ad primum addinet, diffiteri non possumus, multas in homine dari inclinationes, quæ magis in perniciem, quam ad promouendam aliorum salutem tendunt, idque ob depravatos affectus, ambitionem, auaritiam & voluptatem, nihilominus tamen etiam contrariae inclinationes in animo humano deprehenduntur, quæ pacem potius suadent, saltem ex necessitate hypothetica, quia homo sine aliorum auxilio viuere nequit, de quo infra pluribus dicemus. Ex hoc ergo pacis statu, non autem ex illo jus naturæ erit deducendum.

§. V.

S. V.

Quantum vero (2) concernit: aper-
tam contradictionem inuoluere videntes
illæ duæ Hobbesii propositiones: quæm-
libet hominem habere jus inuadendi al-
terum, & cuilibet etiam facultatem con-
petere, ut inuadenti resistere queat. Ita
enim quælibet ex partibus litigantibus, seu
belligerantibus justitiam cauſæ a sua par-
te habebit, & per consequens duo jura
sibi e diametro contraria simul vera
erunt.

S. VI.

Nonnulli præcepta illa generalia, quæ
Tribonianus in *g. 3. l. de jur. gent.* suppe-
ditat, honeste viuere, neminem lædere;
suum cuique tribuere, tamquam prie-
pia juris naturæ adsumenda esse existima-
runt, inter quos Velthem & Strimesius,
professor Francofurtensis, v. *bist. jur. nat.*
g. 70. Sed respondetur (1) nos non qua-
rere tria principia, sed unum saltem. (2)
neutrum ex illis tribus pro primo vendi-
tari posse, quia licet alicui serio inculcare
velim, quod honeste viuere, neminem
lædere, & suum cuique tribuere debeat;
semper tamen quæstio præjudicialeis ma-
get: an hoc sit honestum, vel non? an
laſio

*I*lefio adsit, annon? an hoc sit alterius,
annon? ergo manent quidem optima
præcepta, sed non sunt prima principia.

§. VII.

Alia methodus demonstrandi præcep-
ta juris naturæ placuit Valentino Alber-
ti, prof. quondam Lipsienti, de qua in
comp. jur. natur. orthodoxæ theologie confor-
mato cogitationes suas sequentem in mo-
dum explicauit. Scilicet ex statu præ-
senti corrupto jus naturæ deduci posse
simpliciter negat, & e contrario ad statum
integritatis primorum parentum respi-
ciendum eundemque pro regula status
nostrí præsentis constituendum esse ad-
struit. Dupli interim ratione statum
integritatis principium juris naturæ esse
dicit, (1) quando consideratur *formaliter*,
in illis scilicet officiis, quæ & hodie in sta-
tu corruptionis obtinent, & olim in dicto
statu integro obtinuerunt, & sic utrique
statui communia sunt, v. g. colere paren-
tes, &c. (2) *normaliter*, in illis officiis, quæ
olim non erant, sed ex hypothesi status
corrupti demum originem habent, v. g.
quod seruus domino parere debeat, v.
git. comp. p. 1. c. I, §. 38, seqq.

C

§. IIX.

§. IX.

Quod hanc hypothesin adtinet, primo monendum, gentiles, cum quibus tamen ex jure naturae disputare intendimus, statum integritatis ejusque summam perfectionem plane ignorare, (a) & sic ex hoc principio eos vix conuinci posse, quod facetur ipse Alberti *d. c. 1. §. 15. seqq.* & proinde suum jus naturae tantum in gratiam christianorum conscribere voluit, quo ipso tamen theologiam & jurisprudentiam confundit. Deinde non parum absurde dictum esse videtur, quod status integritatis *normaliter* principium juris naturae esse debeat in illis officiis, quæ tamen statui integritatis incognita fuerunt. Quasi vero id, quod non est, alterius norma esse queat, aut quasi id, quod cum altero nullo modo intuitu officiorum specialium conuenit, pro ejus norma haberi possit. (b)

§. IX.

(a) Quamvis enim de *ares* quodammodo secenta multa tradiderint: ea tamen certam & perfectam cognitionem status integritatis non inuoluunt. Sunt somnia, perinde, ut diluuium Dencalionis, &c. de quo v. Joh. Jac. Hoffmannus in *lex. univers. voc. Dencalionem*.

(b) Meretur, ut adponamus locum ex Dr. The-

S. IX.

Eandem quidem hypothesin de statu

C 2

in-

Thomasi inst. jurisprud. diuin. l. 1. v. 4. s. 47.
 en nos. sub ist. p. qui lepidus simul est. Secun-
 dum doctrinam Albertinam, inquit, vestimenta
 (hac modo) hominis recti norma essent forma-
 leae, v. g. caligatum, tibialium, calcetorum &c.
 hominis gibbosí: hactenus enim inter utrosque
 homines in vestimentis differentia haud est; sed
 intuitu togæ, quam induere debet homo gibbo-
 fuis, vestimentum hominis recti saltem ~~normali-~~
 ser esset norma, h. e. in conficienda parte postica
 togæ pro homine gibboſo sartor etiam intuebi-
 tur vestimentum hominis recti, & quoniam in
 ejus tunicae parte posteriori nihil inuenit, ad cu-
 jus normam suam tunicam aptet; refugium v. g.
 in tibialibus queret, & ita argumentabitur:
 quemadmodum in tibialibus hominis recti cavi-
 tas quedam est relinquenda, quæ suras ejusdem
 recipiat, sic mihi in tunicae parte posteriori ca-
 vitas formanda est, quæ sit receptaculum gibbi.
 Est profecto talis haec ratiocinatio, ut non me-
 lius, quam admiratione excipi queat. Igitur
 sartoribus hominum gibbosorum, gibbosis &
 ipsis, ars sua tantum apud homines rectos erit
 addiscenda: illi vero, qui sua saltem objecta,
 suos gibbos intuentur, & subtilitates istas, quod
 norma vel normaliter, vel formaliter norma sit,
 ne quidem fandi unquam audiueret, pro artifici-
 bus minime habendi erunt, etiamsi vestimenta
 consuere possint ad finem obtinendum aptissima?
 quis talia non videat, an fleat?

integritatis quoque fuit *Sam. Strimesius* in *originibus moralibus*, quas Ao. 1679. edidit. In eo tamen recedit ab Alberti doctrinā, quod statuat, ethicos natura magistra status integri notitiam habuisse & modum saltem eos ignorasse, quod negabat Alberti, unde collisio inter utrumque orta, de qua vid. *hist. jur. nat.* §. 63. Pertinet huc quoque hypothesis Meuii in *prodromo juris gentium*, vel *nucleo juris natura & gentium*, de qua supra c. I. §. 3. jam diximus. (a)

§. X.

(a) Adponamus tamen hic duo loca specia-
lia. Ita vero Meuius *inspect.* 3. num. 18. Natu-
ram autem hic accipe, non ut per corruptam
progeniem & improbos mores nunc depravata
est, sed quæ primitus concreata est integra ac in-
corrupta. Intellexere & gentiles istam multum
desciuisse a primæud statu. Cicero *lib. 1. de te-
gib.* *Justos quidem natura nos esse factos, tantum*
autem esse corruptelam mala consuetudinis, ut ab
*ea tamquam igniculi extinguantur a natura da-
ti, exorianturque. Si confirmetur vita contra-
ria. Simul & comprehenderunt, quam nullus sit ad*
*naturæ integritatem homini reditus. Fabius *lib. 12.**
quarentibus, an talis orator fuerit? respondebo,
quomodo Stoici sic interrogentur: an sapiens Zeno,
*an Cleanthes, an Chrysippus? ipsi respondeant ma-
gnos quidem illos ac venerabiles, non tamen id,*

quid

quod natura hominis summum habet, consecutus.
Exinde ergo creditum, philosophiam veram ac per-
fectam non licere adsequi, ideo nec quem fieri ex-
acte sapientem. Cicero in Lel. Stoici eam sa-
pientiam interpretantur, quam adhuc nemo mora-
talis est consecutus. Plutarchus de pugn. Stoic.
sic loquitur de sapiente: οὐ δέ τος ἔδειπον γῆς,
καὶ τὴν γένοντα. Est vero nusquam terrarum, neque
fuit. Plato in Phed. scribit: eum, qui vere pho-
losophatur, censere nusquam, aut nunquam parata
sapientiam, quam apud inferos consecuturum.
Haud tamen eo minus decet, scrutari naturae in-
corruptæ leges. Multum refert nosse, unde de-
sciuimus. Decet etiam contendere vicissim, un-
de dilapsi sumus. Eius vero illuc redire nou-
datur, optimus tamen mortalium est, qui eo en-
ti semper studet, præstantissimus, qui proximitate
abest, & quo quisque proprius accedit ad natu-
rae bonitatem, eo magis bonus, sapiens & admi-
randus erit. Seneca de vit. beat. c. 20. quid mi-
rum, si non adscendunt in alium ardua adgressi?
viros suspicere, etiam si decidunt magna conantes.
Generosa res est, respiciencem non ad fuos, sed ergo
natura vires conari, alia tentare ergo mente maja-
ra concipere, quam que etiam ingenti animo ad-
ornari possint. Proficit cognita, quæ olim
fuit animi perfectio, ut in illa, ad quam deue-
nitus, imperfectione recte versemur, juxta Pla-
tonicum illud in Philebo: ut neque interna di-
gnitatis amplitudinem ignoremus, dñina in no-
bis parte neglecta, neque exteriorem humilitatem
naturæ additam ignorantis vane in illi extollimur.

Prædictum vero, ubi actionum querimus regulam, proficit, quod optimum, et si in actum non veniat: pro illa, non quod fieri potest, sed quod deber, ideo quod in illa rectum, non quod in nobis corruptum, scrutari atque inspicere oportet. Sic omnium artium præcepta propounderuntur, ut habeant id, quod perfectum, et si nihil eorum, quæ juxta illa sunt formanda, per modicarum rerum conditionem perfici possit. Adponamus adhuc alium locum ex cit. auct. *adfect.* 4. *num. 26.* Deinde, inquit, natura hominem fecit rectum & integrum. Quod talis non mansit, sed hodie aliis est, ex depravatione per lapsum protoplasmatum descendit. Sicut vero ipsa, qualis in statu integritatis fuit, nobis adhuc regula vice manet: ita etiam post corruptionem naturales leges dictat, quarum *prima*, ut omni opere & industria ad primariam animi rectitudinem consendamus, ex qua incumbit assiduum studium honestatis, probitatis, sinceritatis, taliumque in omnibus vice actionibus obseruatio. A quibus aliena naturaliter illicita & injusta sunt, *secundo*, ut media, unde proxime ad ista redaeatur, curæ nobis sint; qualia sunt proba educatio, ad scientiam atque praxis honorum artium informatio, boni mores. Quæque sunt impedimenta, naturale jus habent. *Tertius*, ut a probitate desilientes coercentur, ex quo naturale jus est peniarum & castigationum, quæ ad emendationem tendunt, seu acerbo sensu ipsorum delinquentium, seu metu ab exemplo aliorum. *Quartus*, ut cuitentur & remoucandarit reducta-

§. X.

Alii principium juris naturæ in ordine naturæ querunt, de quo argumento *Henricus Bodinus* in peculiari *dissert. de jure mundi* egit, quam excerptimus cum dubiis contra eundem a Dn. *Thomasio* adlati in *bist. jur. nat. g. 80. usque ad g. 89.* Nos propterea huic hypothesi subscrive non possumus, quia (1) adhuc incognitum

C 4 tum

ducendæ restitutioñis obſtacula, qualia sunt in pravis exemplis, corruptis moribus, mala conſuetudine, scandalis, laza disciplina. Quorum naturalis improbitas exſtit. Sufficiant hæc excerpta. Interim tamen hoc verum manet, quod viribus naturæ ad perfectionem status integri & ad normam exinde deponitam penetrare non possumus.

Tangemus hic paneis etiam controversiam, quæ inter Guilielmum van der Muelen & Simonem Henricum Museum. Edebat ille dissertationem de origine juris naturalis Utrechtensi a. 1684. & statuebat, in statu integritatis nullas plane fuisse leges, propter perfectionem status. Hic a. 1686. opponebat vindiciae juris naturalis paradyſcos. Reliqua habet Dn. Thomas. instit. jurispr. diuin. L. 1. c. 2. g. 61. in not. lit. q. Plura congeſſit Nicol. Pragmannus, doctor juris & aduocatus quondam Jenensis, in jurisprud. natur. exere. g. Dolentus viuum, qui ultra pragmari- corum formulas sapiebat, morte præuenientum esse.

tum est; in quonam ille ordo, adcurate loquendo, consistat & sic evidentia deficit, (2) quia ordo etiam de reliquis creaturis præter hominem prædicatur, jus naturæ autem ad solum hominem spectat, & (3) quia jus quidem est ordo, sed non verba vice omnis ordo pro jure habeti potest, nam decorum quoque ordo est, sed tamen pro juris specie non habetur. (4)

§. XI.

(a) Disputatio Dr. Thomasi hunc titulum pœ se ferebat: *de fundamentorum definitiōē causis matrimonialis baderis recuperationis insufficiētia*. Halæ a. 1698. habeta. Lepidas instans dedit §. 77. quas nos in presenti non tangimus. Alias vero rationem, quare in dicta dissertatione materiam de principio juris naturalis retigerit, hanc reddit §. 10. equidem nemo negat, jus naturæ æque hujus (conjugalis) ac aliarum societatum fundamentum esse debere. Intetim tamen quilibet jus quoddam naturæ sibi format secundum dispositionem cerebri, vel adtiratus loquendo, secundum inclinationem cordis sui. Et notissimum est, quod inter omnia capita controversia plurimæ controversiae sint inter theologos pauperes ac politicos de requisitis matrimonii ex regulis juris naturalis, & quod confusissimæ doctrinæ ac pessimæ cohaerentes fuerint inculcatae, quamdiu jus naturæ ad normam scholasticarum hypothesum fuit expositum.

§. XI.

Adhuc alii socialitatem quidem adnoscunt, sed eidem adhuc duo alia principia adjungunt: Deum cole, & temperanter viue, v. Buddei *elem. phil. pract. & hist. jur. nat.* §. 87. Nos, quemadmodum officia erga Deum ad jurisprudentiam non, sed ad theologiam naturalem spe-
tare, supra ostendimus *cap. 1. §. 3. & 6.*
& deinde etiam officia erga se ipsum non
adnoscimus, aut, si quæ essent, eadem ad
ethicam remittimus; ita quoque opus
non esse existimamus, ut tria diuersa in
jure naturæ statuantur principia. Uni-
cum esto. (a)

§. XII.

(a) Huc etiam pertinent, quæ habet B. Licent. Joh. Christian. Müldenerus, primum Professor juris extraordinarius Halensis, deinde autem po-
tentissimi Regis Poloniae & electoris Saxonie consiliarius aulicus, in *disput. inaugur. de juri natu-
re definitione & fundamento*; ubi hæc tria prin-
cipia ponit: *Deum cole, philantiam exerce & tem-
peratio loco socialitatem cole*, v. *histor. jur. natur.*
§. 87. Jungatur B. Titius in *obseruac. ad Pufen-
dorff. de offic. hom. & ciu. qui obseru. 19. n. 2.*
hanc summam juris naturæ ex sua hypothesi esse
adserit: *cole Deum, exerce philantiam & sociali-
tatem erga viros & NB. mortuos, nec non propaga-
tions naturæ humana ad temperata fude, con-
ditio-*

§. XII.

Dn. Henr. Coccejus ante aliquot annos
Francofurti ad Viadrum disputationem
inauguralem habuit de principio juris na-
turalis unico, vero & adiquato, & eandem
postmodum in forma tractatus edidit. (a)

Hie

*mixta vel naturali vel aduentitia conuenienter.
v. hist. jur. natur. §. 45. vers. ad libr. Pufendorf-
fii p. 77.*

(1) Diximus de eo quoque jam supra cap. III.
§. II. Alias pater, qui deinde jure nobilitatis
natus erat, Dn. Henricus de Cocceji, scripsit ex-
ercitationes juris gentium ad seriem Hugois Gra-
eci de jure belli & pacis in usum prelectionum aca-
demiarum, quæ impressæ Francofurti ad Via-
drum a. MDCCXIX. Sub finem exercitatione-
num subjunctæ sunt paucula & generalissima posi-
tiones pro explicatione juris gentium, quæ antea
separatim impressæ erant. In posit. 5. dicit, a
natura constituta & concessa esse (1) humano ge-
neti jus plenum in hanc terram ejusque res, fru-
ctus, feras, &c. singulis vero æquale jus occu-
pandi, quod nullius est. (2) Cuique jus in suas
res & actiones, earumque commoda: nullum in
alterius. (3) Jus conservandi, non perdendi,
suum corpus vitamque, vel aliorum. (4) So-
cietas communis inter homines, & quæ inde in sin-
gulos deriuantur jura. (5) Societas domestica,
& quæ pariter inde jura ad singula membra de-
scendunt; suis quæque locis tradenda.

Hic jus naturæ ex voluntate Dei deducit, principia autem cognoscendi eam voluntatem sex statuit: (1) verbo Dei, siue sacram scripturam, (2) motus hominibus inditus, (3) actiones creatoris, (4) finem actionis necessarium, (5) mediū necessitatem & (6) naturam perfectissimi creatoris, v. dict. tract. part. prior. qu. 3. q. 9. Dubia nostra circa hanc hypothesin habentur partim in *bif. jur. nat. §. 101. seqq.* partim in peculiaribus plagulis ante aliquod tempus (6) publicatis. Summa eo redit: omnes in eo consentire, quod principium essendi iuri naturæ sit voluntas Dei, deinde autem, si quis ad S. scripturam prouocet, cum lumen rationis & reuelationis confundere, de quo supra c. 1. quoad reliquum, motus in hominibus post lapsum magis in malum, quam bonum inclinare, actiones etiam creatoris ejusque naturam, nec non finem actionis necessarium & mediū necessitatem rationi sibi relicta communiter fere esse incognita, & sic euidentiam in illis principiis maximam partem deficere.

§. XIII.

Relictis ergo omnibus illis, & si quæ plura sunt, voluntatem diuinam cognoscendi

(6) *Vid. iterum cap. III. §. 24. supra.*

44 CAP. IV. DE PRINCIPIO COGNOSCENDI

scendi principiis, nos firmiter perluasimus, nullum esse clarius & magis aptum ad demonstrandam turpitudinem vel honestatem actionis alicujus homini gentili, quam illud quidem, quod ex custodia socialitatis medium terminum desumit. (a)

§. XIV.

(a) Superiori anno vir excellentissimus Dn. Joh. Frider. Hombergk zu Bach/ prof. jur. Marburgensis celeberrinius, atque & aliis eruditis scriptis jamdum satis notus, ex ipsis Thomas Hobbesi, sive Hobbii, principiis in peculiari disputatione ostendit, quod custodia socialitatis pro primo principio juris naturae haberi debeat. Titulus disputationis est hic: *pacem & societatem humani generis natura constitutam, ex ipsis principiis T. Hobbii probatam, disputatione academica proponunt, reliqua.* Nos saltem prefationem hic inseremus, ex qua de intentione Dn. auctoris satis constare potest. Ita vero ille: Thomas Hobbii librum *de cive*, quo bellum inter omnes homines naturam constituisse probare voluit, plures refutare adgressi sunt; quo judicio, quaque diligentia, non dicimus. Nos quoque philosophiam ejus examine & refutatione dignam olim existimauimus. Nunc vero in ea sententia, manus cum eo non conserendas, nec argumentorum robore doctrinam ejus oppugnandam esse, propter plures, quas habemus, causones. Sufficere quippe credimus, si quis offendat, Hobbium in cap. i. de cive talis doctrina

est suæ subjecisse principia & fundamenta, ex quibus pax & societas humani generis a natura constitutâ majore euidentia deduci & probari possit, quam *bellum*, quod ipse in præfatione dicti libri euidentissima connexione ex illis se demonstrasse adsetit. Id vero, si fieri possit, luce meridiana clarius probatum arbitramur, principia ejusmodi falsa, inania & futilia esse, quia ex illis contraria fluunt dogmata, quod natura veræ & apodictice demonstrationis, qualem hic exigimus, non permittit. Quare cum curriculo hoc hyberno Hobbi aliorumque principia examinassemus, atque ad falsitatem eorum demotstrandam eo, quem diximus modo, in gratiam nonnullorum veræ & solidæ scientiæ studiosorum diligentissimorum, usi essemus, lubet id, quod tunc priuatim egimus, exercitii academicî loco publice exponere. Qua in te ita versabimur, ut verba omnia *capitis 1. libr. de cive* recenseamus, eaque vel explicemus, vel contrarias conclusiones *ad pacem & amicitiam* humani generis stabilendam ex illis eliciamus.

Ex diuerso Dn. Hieron. Nicol. Gundlingius, consiliarius intimus Regis Borussiæ & prof. publ. Halensis, a. MDCCVI. disputationem edidit sub hoc rubro: *status naturalis Hobbesii in corpore iuri ciuilis defensus & defendendus.* Occasionem ipsi præbuit *l. s. ff. de just. & jur.* ut etiam in rubro habetur, in qua Hermogenianus ita: *ex hoc jure gentium introducta bella: discrete genies: regna condita: dominia distincta: agrie termini positi: adiicia collocata: commercium emite-*

46 CAP. IV. DE PRINCIPIO COGNOSCENDI

cognitiones, venditiones, locaciones, conductiones, obligaciones inservient: exceptis quibusdam, quae a iure similiter introducte sunt. Omnia hæc introducta sunt, ut pax eo melius conseruari possit, quoniam ex lumine naturæ cognoscimus, statum bellicum non esse statum ordinarium, sed ad euersionem generis humani tendere.

A. MDCCXIX. Duaci, si fabula vera est, impensis Adriani Guilielmi Dromerii, prodierunt anonymi *dubia juris naturæ ad generosissimum dominum*, qui itidem anonymous est. Ita vero alle: *jus naturæ tam ob vanitatem omnium scientiarum, quam speciatim ob incertitudinem & obscuritatem principii alicujus generalis omnino rejiciendum est.* In prefatione §. 19. hæc verba habet: *non existimo me quicquam veri hic statuere posse, antequam locum, quo illa, quæ dicturus sum, pertinent, ubi jus naturæ scil. incipit, & ubi desinat, satis intellexero.* Dubia proponit, ea vero non definit, sed plurimam partem aliis dijudicanda relinquit. Cap. 1. §. 10. disertus air: *jus naturæ ex societate probari minime posse, quippe cujus ipsius necessitas in humano genere nondum satis probata sit.* Ipsius vero *jus naturæ illud esse, quod ex factis Dei colligitur & voluntatem Dei pro fundamento habet, ex dictis cap. IV. §. 72. sqq. satis adparet.* Necessestatem unius principii rejicit §. 24. cap. V. dubia præcipue contra principium socialitatis mouet cap. VI. §. 11. illudque cum Hobbesii & Carneadis sententia conuenire statuit, ac potius pro principio particulati habet §. 23. nec recte a fideitate

§. XIV.

Quilibet enim homo, cujuscunque
detnum nationis, vel cui religione addi-
ctus sit, si conditionem naturae suae obiter
saltem consideret: facile deprehendit, se
solum sibi non sufficere, sed a prima sta-
tim infantia usque ad summam etatem
aliorum hominum auxilio & opera indi-
gere. (a) Simul vero animaduertit, se
eiusmodi auxilio perfui non posse, nisi
& ipse aliis officia amoris & humanitatis
exhibeat, (cum homo sibi relictus, quod
quidem reuelatio & euangelium Christi
inculcat,) hostes suos amare, & eos, qui
ipsum non curant, curare non soleat.

§. XV.

Liceat ergo nobis cum pace tot dis-
sentientium sequentem propositionem
fundamentalem, seu, quod eodem reci-
dit, principium formare: homo sibi reli-
ctus

cietate civili ad jus naturae argumentari censem.
§. 27. sq. juri naturae cap. II. certos limites po-
nit, & valde obscurum esse arbitratur, quod jus
naturae differat ab aliis scientiis.

Facile his satisfieri potest ex illis, que in actum
nostro posuimus.

(a) Conf. hic Pufendorff. de offic. hom. Etiam
l. 1. c. 345. §. & plenius de j. N. C. G. t. 2. c. 2. §. 2.

Etus voluntatem diuinam eatenus saltem cognoscit, quod scilicet illæ actiones pro honestis reputandæ, quæ ad communem pacem, tranquillitatem & socialitatem promouendam diriguntur, illæ vero tamquam turpes damnandæ, quæ socialitatem illam destruunt. Hoc principium est ad captum omnium gentilium, dissentientes autem tale proferre non possunt. Omnes etiam leges, quæ in qualibet re-publica feruntur, huc respiciunt, vel respicere debent, ut pax inter subditos collatur. Alias enim felicitas reipublicæ nulla est.

§. XVI.

Intelligimus interim, prout quilibet videt, non socialitatem aliquam particularem cum præjudicio tertii conjunctam, sed communem & ita comparatam, ut erga omnes homines, nemine excepto, nos sociales & pacificos exhibeamus. Unde exulat instantia a societate latronum (^a) defumta, & illa quoque, quæ ab ancillis & seruis in absentia domini laute viuen-

(a) Objecit hoc contra principium socialitatis Dn. de Coceji, cui respondimus in *sic. deinde bister. iur. magistr.*

uentibus & bona domini dissipantibus, (b) peti solet. Nam latrones socialitatem cum plurimis hominibus quam maxime turbant, non minus, ut serui & ancillæ eam, quæ inter ipsos & dominum intercedere debebat, siue dominus præsens fuerit, siue absens, v. quæ de hac re jana diximus in *bistor. iur. nat. §. 89.*

§. XVII.

Hanc socialitatem quoque is colit, qui lecto suo adfixus hæret. Quamuis enim per applicationem membrorum s. orum forsan aliis prodeesse nequeat; connilio tamen id facere poterit. Immo, si nec hoc posset, sufficeret tamen modo nihil contra communem pacem & tranquillitatem machinaretur. (a) Præcepta enīma juris natu-

(b) Mouebat hoc dubium certus quidam Halensis professor, de quo diximus alia occasione in *bistor. iur. nat. §. 80. seqq.*

Ad §. XVII.

(a) De eremita v. *bistor. iur. nat. §. 105.* ubi eadem ratio applicari potest.

De principio socialitatis alias ita Grotius de *J. B. S. P. I. I. c. I. §. 10.* *jus naturale est dictatum recta ratione, indicans actus alicui, ex ejus conuenientia, aut disconvenientia cum ipsa natura rationali ac sociali, inesse moraliter turpitudinem.*

50 CAP. IV. DE PRINCIPIO COGNOSCENDI

naturalis non minus , ut leges positivæ , subiecta capacia & terminos habiles supponunt.

§. XIX.

Non ferit nos objectio , quod socialitatem pro principio juris naturalis supponentes jus ex utilitate metiamur. Paullo ante enim in §. XVI. jam monuimus , quod non utilitatem aliquam priuatam , sed communem & omnium hominum intelligamus. Illæ vero duæ propositiones sine obvio , præcipue , quando de jure di-

uino

Habentur hæc in editione Grötii , quæ prodiit Amstelædami cum notis Joh. Frid. Gronouii & Joannis Barbeyracii , antecessoris Groningani , a. MDCCXX. Addit Dn. Barbeyrac *in not. sub lit. m. num. 78.* voces illas : *ac sociali* , quamquam in omnibus editionibus dñeint , confidet addidimus , auctorem ipsum ducem secuti , qui infra §. 12. num. 1. eas habet & heic a typographis omissas facile potuit non animaduertere , ut in aliis locis , ubi res majoris adhuc momenti erat. Id ei accidisse ostendemus. Grötius *d. I. z. c. 1. §. 12.* ita : *esse autem aliquid juris naturalis , probari solet tum ab eo , quod prius est , tum ab eo , quod posterius , quantum probandi rationum illa subtilior est , hæc popularior . A priori , si ostendatur iei alicujus conuenientia , aut disconuenientia necessaria cum natura rationali ac sociali .*

uino sermo nobis est, reciprocationem admittunt: quod scilicet omne id, quod Deus jus esse voluit, homini sit utile, & quod omnis utilitas, quam homo intuitu actionum ciuilium sentit, pro jure coli debeat. Fluit exinde, quod nemo socialitati renunciare possit, (*a*) quia haec renunciatio partim in præjudicium tertii fieret, partim vero contra jus præceptuum impingeret. (*b*)

§. XIX.

Sed quid si Adam solus mansisset? tunc certe socialitas principium juris naturalis esse non potuisset, concedimus totum argumentum. Verum quoniam Adam solus non permanit, sed multiplicatio generis humani secuta est: otiosa illa fictio principium socialitatis plane non ferit. Idem regerendum est ad objectionem aliam: socialitatem non posse principium cognoscendi voluntatem diui-

D 2 nam

(*a*) Est haec iterum objectio Dn. Coceji, v. *histor. jur. natur.* §. 104.

(*b*) Hinc JCTi dicunt, quod renunciatio circa jus renunciabile versari debeat, *Dalnetus de renunciat.* c. 6. num. 1. *Finckelth. observat.* 107. num. 6. & quod nemo juri dispositivo, vel prohibitiuo renunciare queat, v. *Stryk. in caus. contract. scit. I. c. 5. §. 15. seqq.* add. *I. s. C. de L. L.*

nam esse, si plane alia conditio effet naturæ humanae. Sufficit enim, nos scire principium ad indolem & conditionem naturæ, quam homo in praesenti habet, adtemperatum. De alio statu nunquam extituro & principio ad eum statum quadrante, videant alii, quibus theoreticis ventilationibus tempus impendere luet. (a)

§. XX.

Restat controuersia: *utrum ius naturæ etiam infantum cordibus inscriptum sit & quomodo?* Hic admodum ineptiunt scholastici, dum statuunt, inesse infantibus etiam naturaliter per modum habitus cuiusdam connati statim quædam prima principia practica, inculcantia, quæ jure naturæ sint facienda, aut omittenda. Quemadmodum vero ipsi scholastici non definiuerunt, an habitus iste connatus prætensus per modum nudæ potentie, an & per modum actus insit; immo non nulli eo deuenerint, ut adsererent, habitum illum nec inesse quoad actum, nec quoad potentiam; sed esse aliud quid, quod tamen non nominarunt: ita experien-

(a) Conf. bister. juris natur. §. 105. Est item objectio Da. Coccejii.

rientia quotidiana docet, infantes præcepta juris naturæ actu ignorare, aptitudinem tamen in illis reperiri, ut crescente aetate & judicio, nec non accidente meditatione præcepta illa facile adsequi possint, v. Dn. Thomas. *Jurisprud. diu. l. 1. c. 2. §. 62. sqq. (a)*

D 3

§. XXI.

(a) Scholasticorum principia repetit Osiander in libello, quem vocat *Typum legis naturæ*. Alias vera de Joh. Georg. Wachteri principio diximus in *bister. jur. nat. §. 107. in not.* Unusquisque summo naturæ suæ jure ea agit, quæ ex naturæ suæ necessitate sequuntur. Propos. 4. quidquid homines ex potentia mentis suæ, (quæ est pars ipsorum potissima,) sive intelligendo, siue voluntaria operantur: id, quatenus sunt ejus causæ adæquatæ, summo naturæ suæ jure operantur. Propos. 5. homines, quatenus sola sua natura dulce ducuntur, summo naturæ suæ jure agunt, quidquid possunt. Habet hic (est nostra additio) naturæ necessitatem, potentiam mentis & solam naturam ducem. Merito quis hic cum Dn. auctore diceret: quid his principiis obscurius? aut, si clara sunt, quid iisdem latius? unum principium clarum & adæquatum requirebatur, nostra tria.

Dn. Gundlingius in *jur. natur. §. gen. c. 2. §. 18.* hoc principium ponit: pacem externam ante omnia sectare, ubi haberi potest, ne profane ad vitam cum aliis eradicandam virtutemque adquirendam inutilis sis. Consentimus facile.

§. XXI.

Ultimo loco notandum erit, quod quamvis diuersi scriptores circa principium cognoscendi quoad externum verborum sensum a nobis dissentiant, & non nonnulli *mutuam benevolentiam*, alii amorem, alii publicam utilitatem, alii aliud quid tamquam medium cognoscendi voluntatem diuinam venditent; hi tamen omnes in re ipsa nobiscum conueniant, cum socialitas nostra omnia illa sub se complectatur. In verbis ergo simus faciles, modo in re conueniamus.

CAPUT V.

DE OFFICIIS EX JURE NATURÆ
FLUENTIBUS ET PRIMO QUIDEM
DE OFFICIIS HUMANITATIS.

CONTENTA HUJUS CAPITIS.

Premittenda est differentia inter officia humanitatis & beneficia, s. I. qua offenditur s. II. utraque regulariter ex amore & benevolo affectu oriuntur, s. III. de permissione transitus per alienum territorium, s. IV. interdum transitus sine nota inhumanitatis negari potest, cuius rei exemplum adducitur, s. V. inhumanus non semper est, qui cum alio

alio populo commercia exercere detrectat, §. VI. nec ille, qui exules a sede sua expulso non recipit. §. VII. de casu, si quis alteri fidem suam in matrimonium dare nolit, §. VIII. interdum officia humanitatis naturam suam mutant & in speciem juris perfecti transmutantur. Casus de duabus per naufragium in regionem desertum ejectis & de furto in extrema necessitate & exestate commisso, §. IX. exempla diuisi, qui in civitatibus viuunt. De tutela, coactione ad seruitutem constituantur, legitima liberis & parentibus relinquentia, coactio ne ad renditionem frumenti, §. X.

§. I.

Ad meliorem hujus capituli intellectum, ante omnia constare debet, quomodo officia humanitatis a beneficiis differentant. Simul tamen notandum, hanc differentiam non proprie ex jure natura, quoad jus perfectum competens, deduci, sed ante illud supponi, & hac parte ad peritos in arte solum recurrentum esse, id est, dictam differentiam ex usu loquendi inter eruditos hactenus recepto unice dependere, v. supra c. 2. §. 6.

§. II.

Intelligunt autem eruditii per officium

D 4

humani

humanitatis, quando nos quidem aliorum hominum utilitati inferuimus, sed absque detrimento, impensa, vel molestia nostra, v. g. si alteri viam monstramus, consilium suppeditamus, haustum aquæ concedimus, &c. *Beneficii* vocabulo autem hoc ipsis denotatur, quando aliis ita subuenimus, ut simul eo nomine non leues impensas facere, aut molestas operas praestare cogimur, v. g. si pecunia summam alteri damus, si ædificium alteri gratis exstruimus, aut exstrui curamus.

§. III.

De utroque genere, tam de officiis humanitatis, quam de beneficiis sciendum, quod non ad esse, sed solum ad bene esse vitæ humanæ spectent, & sic ex jure imperfecto orientur, cum socialitas jam consistere possit, modo quis ea alteri præstet, quæ ex jure perfecto, id est, ex præcedente contractu, vel delicto præstare obstringitur. Insuper utrumque ex amore & beneuolo affectu oritur, ad conciliandum autem amorem ius externum conuenientia remedia non habet. Hinc DD. juris naturæ ita loqui consueuerunt, quod is, qui vel officia humanitatis alteri denegat, vel beneficia ipsum

NON

non adficit, ubi tamen commodam id faciendi occasionem habet, & alter in angustiis & egestate constitutus est, non quidem in justus, sed tamen inhumanus homo dicendus sit. (a)

§. IV.

Ex hisce præmissis jam variaz conclusiones deduci possunt; an & quatenus aliquis pro inhumano habendus sit? quemadmodum scilicet, ut hoc primo loco ponamus, priuatus contra vicinum in statu ciuili actionem non habet, ut ipsi transitum per ædes, vel per fundum suum ex necessitate concedat: ita quoque inter eos, qui in statu naturali viuunt, alter alteri bellum ex hac caufsa inferre nequit; quod copiis suis transitum per territorium suum denegauerit, quamvis denegans nullam caufsam adleget, quare hoc faciat, cum tamen ejusmodi caufsa semper adfit, incommoda scilicet ex transitu alienarum, etiam amici copiarum prouenientia, unde hoc casu denegans inhumanus dici nequit. Notabile exemplum deprehenditur Numer. 20. v. 14. ad 21. ubi Moses terram Edomitarum transitus

D 5

Israe-

(a) v. Pufendorff. de juri nat. Gent. l. 3. c. 2. §. 3. &c passim.

Iraelitis denegantium non tangebat. (e)
 Nec obstat alterum exemplum Num. 21.
 de Amoritis ; hi enim in terminis nudis
 denegationis non subsistebant, sed Israe-
 litas

(e) Meretur, ut adponamus ipsa verba textus :
 Deinde misit Moses legatos ex Cade ad Idumæo-
 rum regem, cum hujusmodi mandatis. Sic di-
 cuit tui fratres Israelites : tu nosti, quod nobis
 rerum difficultates acciderint, ut maiores nostri
 in Aegyptum descenderint, ibique diu habitaue-
 simus. Deinde quum nos & maiores nostros
 Aegyptii male haberent, Jouam inuocauerimus :
 qui exaudita voce nostra, missi angelo nos ex
 Aegypto eduxerit. Nunc scito : nos ad Cadem,
 extremum tuorum finium oppidum, esse. Pe-
 titius igitur, ut nobis per terram tuam iter des,
 neque per agros, aut vineas itakis, neque putca-
 les aquas bhibituris, sed via regia ita perrechuris,
 ut neque ad dextram, neque ad sinistram ante
 deflectamus, quam tuos fines transuerimus. Sed
 eis Idumæus iter per suos fines denegauit, alio-
 qui se eos bello excepturum : dicentibusque
 Israelitis, se via trita iter habieuros, & si de illis
 aqua aut ipsi, aut pecora biberent, pretium esse
 solituros, ac sine ullo plane negotio pedibus
 iter facturos : denegauit transitum, eisque mul-
 tis cum copiis & valida manu exiit in occursum.
 Ita Israelite, Idumæis iter eis per fines suos dare
 recusantibus, ab illis deflexerunt, & a Cade pro-
 fecti, ad montem Horum cum omnibus copiis
 peruenierunt.

litas ad eum adgrediebantur, vers. 22. unde hi
merito sese defendere poterant. (6)

§. V.

Potest etiam singulis hominibus tran-
situs per nostrum territorium aliquando
sine nota inhumanitatis prohiberi, si ex-
inde damnum non absque probabilitate
metuatur, v. g. quod seditionem aliquam,
vel proditionem urbis, aut fortalitii ma-
chinentur, & quæ sunt similia.

§. VI.

Qui cum alio populo commercia ex-
ercere detrectat, is tunc demum inhu-
manus

(6) Tum miserunt Israelite legatos ad Scho-
nem Amorrorum regem, oratum, ut sibi licetet
per fines illius iter facere, se neque in agros, aut
vincas esse declinaturos, neque puteorum aquas
bibituros, sed via regia incessuros, donec illius
fines superauissent. Sed Schon non modo Israe-
litæ iter per fines suos non dedit, verum etiam
coafis suis omnibus copiis, occurrit illis in deser-
ta: atque ubi ad Jasaam peruenit, prælium cum
Israelite commisit. Sed eo in pugna occiso,
Israelite ejus terram occuparunt ab Arnone ad
Jabbocum, id est, usque ad Ammonitas; nam
Ar terminus est Ammonitarum. His omnibus
oppidis captis, Israelite in omnibus Amorror-
um oppidis confederunt, scilicet Hesebone, & in
omnibus ejus coloniis. Textus hi desunti sunt
ex Sebastiani Castellionis versione.

nus est; si vicinus populus ea saltē emere velit, quæ ad sustentationem necessariam pertinent. Ast, si lucrum ex commerciis querit, illa sine inhumanitate denegantur, aut si permittuntur, recte tandem vectigal a mercibus exigi poterit.

§. VII.

Exules a sede sua expulsoſ non recipiens tunc deum inhumanus est, si illi absque ullo incommodo recipi possunt. Ast, si metuamus, ne forſan alter, qui homines expulſit, propter receptionem nobis bellum inferat, aut, ne annonæ caritas oriatur, tunc aliter dicendum. Exemplum habuimus in nonnullis principibus germaniæ, qui exules gallos protestantes ideo recipere nolebant, quia ob viciniam Regis Galliæ varia incommoda metuebant.

§. IX.

Quod matrimonia adtinet, nulla iusta belli cauſſa exinde oritur, si quis alteri filiam suam in matrimonium dare nolit, quemadmodum etiam ex hoc capite in ſtatu ciuili inter priuatos nulla actio injuriarum oritur. **Excipe**, niſi denegatio
cusa

eum contumelia conjuncta sit. (a) Et posset tunc quidem inhumani titulum aliquis mereri, si nullam denegationis caussam adferre posset, sed hujus rei determinatio, & annon adsit ejusmodi causa, saltem ex opinione recusantis satis relevans, admodum difficilis est. De ceteris idem esto judicium.

§. IX.

Subjungendi nunc sunt illi casus, quando officia humanitatis naturam suam mutant & in speciem juris perfecti trans-eunt. Referunt huc DD. in statu naturali casum, si duo in regionem desertam per naufragium ejiciantur, & unus res ad sustentationem non solum sui ipsius, sed & miseri socii necessarias & sufficientes secum adulterit, alter vero omnibus viuendi mediis destitutus sit: tunc certe hic casus necessitatis ex jure imperfecto perfectum producit, & alterum ad communicationem eorum, quæ abunde ipsi suppetunt, obligat. Unde etiam profluit, quod furtum non committat, qui in extremo egestatis casu alteri duxit, licet in-

uito,

(a) v.g. si dicit, se non posse consentire in matrimonium propter mores depravatos illius, qui filiam ambit.

62 CAP. V. DE OFFICIS HUMANITATIS.

sito, aliquid aufert, unde vitam sustentare possit. (a)

§. X.

Inter eos, qui in statu ciuili & rebus publicis deprehenduntur, plura hac de re occurruunt exempla, præcipue ex LL. Romanis. Sic tutelæ susceptio alias sine dubio est officium humanitatis ; sed juxta dictas leges aliquis ad tutelam cogitur, idque propter utilitatem publicam, ne impuberum & similium bona dissipentur. Sic, si vicinus ad suum fundum peruenire non possit : alter ipsi seruitutem viæ pro justo pretio concedere cogitur: (a) Sic parentes liberis etiam diuitibus, & vicemissa hi illis certam bonorum partem, quæ legitima vocatur, post mortem suam relinquere obstringuntur, de quo in noz. 18. sic tempore imminentis annoꝝ caritatis sæpe frumentum vendere inui-

tus

(a) Pertinet huc *constit. crim. art. 166. Stehlin in rechter Hungers-Noth.* Jus canonicum tamen illi, qui hoc casu alteri quid aufert, trium hebdomadum pœnitentiam imponit, & si res ablatam restituere nequit, jejunare tenetur, c. i. X. de furtis.

Ad §. X.

(a) v. l. 44. §. fin. ff. de legat. J. Müller. pract. March. resol. 52.

tus adigitur, qui eo abunde instructus est,
& quæ sunt ejusmodi alia ad utilitatem
ciuium & reipublicæ pertinentia. (6)

CAPUT VI.

**DE DOMINIIS RERUM ALIISQUE
SPECIEBUS JURIS IN RE, ET QUATE-
NUS HÆC JURIS NATURALIS
DICI POSSINT.**

CONTENTA HUJUS CAPITIS.

*Quæstio ratione modi exercendi domi-
nium, quatenus ad jurisprudentiam natura-
lem, vel theologiam, vel ethicam pertineat?*
*q. I. palmaria quæstio: utrum dominia re-
rum ex juris natura præcepto oriuntur? que
adfirmatur propter euitandas lites, que vitiis
bominum ex communione oriri solent, q. II.
res vel habent utilitatem inexhaustam, id
est, omnibus bominibus sufficientem, vel ta-
lam, que aliquibus solum sufficit, q. III. eas-
res, que inexhaustam utilitatem habent, nec*

prin-

(6) Obiter monemus, principem Ungro-Va-
lachiz, Dn. Joh. Nicolaum Alexandrum Mano-
cordato, librum *de officiis* edidisse, qui superiore
anno Lipsiæ latine versus prodidit. Sed in hoc
libro alias satis docto omnia fere officia etiam
de beneficiis & officiis humanitatis ex lumine re-
uelationis, siue ex sacra scriptura deducuntur.

princeps sibi in totum adserere potest. Aliud ratione partis obtinet. De vasto oceano & similibus, §. IV. annon etiam terrae utilitas sit inexhausta? §. V. de modis adquirendi dominium generatim secundum ius natura, §. VI. de occupatione & accessione in specie, §. VII. quoniam occupatio solum iuris naturalis permisso est, hinc principes nonnulla jura sibi adscribere potuerunt, quo pertinent regalia, §. IX. non peccant etiam principes, quando thesauros, metallifodinas & similia ad regalia referunt, §. IX. qua in materia accessionis de specificatione, pictura, scriptura, ferruminatione, adplumbatura & reliquis habentur: ea omnia & singula ex jure natura deduci nequeunt, §. X. de differentia inter rem fungibilem & speciem in hac materia, §. XI. de usucapione & quatenus illa juris natura sit? §. XII. de modo transferendi dominium in alios in casum mortis. Debet hic adesse declaratio prioris domini, sed ius naturae solemnitates juris Romani ignorat, §. XIII. Quid jus naturae quis ad successionem ab intestato praecipiat, & quis pro herede habetur? §. XIV. Quid sit testamentum, & quis heres ab intestato esse presumatur? §. XV. amor erga descendentes fortior esse presumitur, & quia intritu nepotum &c. adhuc augetur, inde fun-

fundamentum juris representationis oritur,
 §. XVI. quomodo brocardicum: amorem de-
 scendere, non adscendere, applicari possit?
 §. XVII. si descendentes & ascendentis defi-
 ciunt, conlatales succedunt. §. XIX. modus
 succedendi non ex jure natura, sed ex doctrina
 de interpretatione hauritur. Mores suc-
 cedendi quorundam gentium recensentur.
 §. XIX. concluditur, legitimam, qua in LL.
 Romanis liberis relinquи debet, non ex iure
 naturae praecepto oriri. Pacta etiam, que
 primogenituram introducunt, illi non repu-
 gnare, §. XX. de reliquis speciebus iuris in re
 jus naturae nihil specifice determinat; sed si
 v. g. servitus imposita & per conventionem de-
 terminata, saltus alterum obligat, ne adqui-
 rens in fruitione illius turbetur, §. ult.

S. I.

VARIÆ quidem sub hoc capite quæstio-
 nes a DD. communiter ventilari, va-
 riaque præcepta de modo exercendi do-
 minium in creaturas suppeditari solent,
 v. g. inutiliter & petulanter illas non esse
 perdendas, quia hoc vergeret in contem-
 tum creatoris: videndum esse, nec per ni-
 miam bestiarum occisionem animus tru-
 culentiae & crudelitati adsuetus:

item,

animus

66 CAP. VI. DE DOMINIS EBRUM,

nimio cibo & potu usum rationis tollamus, aut morbos corpori adtrahamus, quo ipso bona tam moralia, quam naturalia, tam corporis, quam animi perderentur ; verum enim uero cum quilibet facile aduertat, primum præceptum ad officia erga Deum & sic ad theologiam naturalem ; duo reliqua autem ad cultum animi atque corporis proprii & sic ad ethicam pertinere ; (a) hinc nos iisdem
hoc

(a) Conferri hic potest Pufendorff. de J. N. G. l. 4. c. 3. præcipue §. 4. Thomas. in jurisprud. dñin. l. 2. c. 10. §. 1. seqq. qui in inst. jur. nat. Es. gent. ad illud c. 10. monet, priores §§. 23. quos nempe in inst. jurisprud. dñin. posuerat, ab eo loco semouendos esse, quia pertinent ad librum de religione. Alias tamen dici quoque posset, casus illos, v. g. si quis per nimiam bestiarum occisionem crudelis fit, (potramus, vel fingamus casum,) item si propter nimium cibum & potum usus rationis tollitur, certo respectu ad jurisprudentiam naturalem perire. Dixi : *cetero respectu.* Quo ipso hoc indigo : ex sola ratione hoc quidem videri potest, ejusmodi hominem iniustile iniurib[us] societatis fieri ; interim tamen pena proprie[bus] in foro externo non infligitur, si nemini nocuit. Ut vero desistat ab ejusmodi vita genera peruerso & virtuous fiat, de hoc in philosophia morali cogitandum. Penit. exten-

huc loco non immorabitur, sed ea solam pertractabimus, quæ ad limites iuris prudentiarum, id est, ad officia hominum erga alios intuitu usus creaturarum pertinere videbuntur. (b)

§. II.

Palmaria autem quæstio forsan erit: *utrum ad custodiam socialitatis conservandam necessarium fuerit, ut dominia introducerentur*, seu breuius: *utrum dominia rerum ex juris naturæ præcepto oriantur?* hic, quamuis non negemus, socialitatem etiam consistere potuisse, licet homines in communione omnium rerum persistenterint, quia communio non necessario ad turbationem pacis communis dirigitur; interim tamen, quia quotidiana experientia docet, homines, prout nunc sunt, in corrupto statu constituti, ægre in communione viuere, unde JCti eam matrem,

E 2 id

ne neminem vere virtuosum reddunt, sed opus est mediis non violentis, v. g. admonitionibus, suasionibus & similibus.

(b) Hic titulus ergo præ aliis iuris studiose utilis est & præcipue ad iurisprudentiam pertinet, arquo illustrat tit. 7. de rer. divisione & tit. ff. de adquirendo rerum domino. De materiis speciebus deinde videbuntur, v. g. de specificatione, &c.

id est, occasionem (a) litium adpellare consueverunt; hinc adserere non dubitamus, jus naturæ suadere, ut quilibet sibi separatim reip̄ aliquam comparet & sic dominia rerum distinguantur atque lites evitantur.

§. III.

Cum vero res, quæ in hac universitate deprehenduntur, duplicitis generis sint, igitur antequam ulterius progrediamur, distinctio quædam præmittenda erit. Scilicet aliæ res ita sunt comparatae, ut omnibus hominibus sufficientem usum præbere possint, quæ vocantur inexhaustæ utilitatis, v.g. aer, vastus oceanus, lumen & calor solis, aqua profluens, &c. aliæ vero eadem usum non prabent, v.g. maria mimo-

(a) Non cauſam. Lites enim non communioni, sed hominibus in ea viuentibus imputandæ. Conferri hic possunt l. 14. §. 2. ff. de commun. dinid. l. 14. §. 15. ff. pro soc. Pertinent hec proprie ad communionem sic dictam ad purissimam, quæ negativa vocatur, quamdiu genus humanum intra paucos homines subsistebat, licet via parcer poterat, quia abundantia omnibus sufficiens aderat.

(a) (de quibus inter Grotium & Seldeneum (b) disputatum,) ædes, fundi priuati, equi,

(a) Quo pertinent etiam sipsus, Meerbusen & freta, Meer-Engen v. g. der Sund in Dania, des Canal inter Angliam & Galliam, mare Adriaticum, quod nomine reipublicæ sibi per insectio- nem annuli quotannis despōnsat dux Venetorum die ad scensionis Christi, cetera. De sinu & freta- ita Gronewolds nos. ad Grot. de l. B. 65 Part. 6. 3. §. 8. num. 28. seqq. Sinus patet, vel apertu- ram habet tantummodo supra, ab alto scilicet mari, unde pars eius terram intrat, non vero in- fra, hic enim obicitur terræ gremium. Fretum spacie, vel transitum habet & supra, unde angu- stias intrat mare, & infra, ubi ex angustiis euadit. Occupantur hæc modo terræ, quæ circa sinum, adeo fretum in territorio sunt, & mare inclusum habent, spacio longe id superent, ut hæ merito dina cum interueniente mari rationem totius mare interueniens rationem partis habere vi- cleantur.

(b) Grotius de mari libero, Seldenus de mare classo. De hac materia ita diximus in his- toria divina. natur. §. XLIII. Scripsit autem Seldenus opus suum (de jure naturæ & gentium facta disciplinam Hebreorum) iudice Boëclero in prefat. comm. Grot. erudita & modesta cimulatio ne Grotiani operis, eique ciuitatem dedit titu- lum, quam Grotius sicuti suo: intellecte Grotius aitem & haud dubie exprobasti sibi insolentiam

E

70 CAP. VI. DE DOMINIS, &c.

equi, &c. sed uni homini, aut unij populo
saltem sufficiunt. Ea, quæ prioris generis
sunt, sine nota inhumanitatis sibi soli
quis adserere non potest, quia alter abs-
que alterius incommodo, iis uti potest,
bene tamen ea, quæ ad classem posterio-
rem retulimus.

S. IV.
Dixi ea, quæ inexhaustæ utilitatis
sunt, aliquem populum, nedium priua-
tum, circuli existimans, lepida urbanitate ultius est vis-
sum, quando Seldeni mare clausum, seu de im-
perio & dominio maris (quod pro Anglis contra
Batauos scripsérat) parvū latine inscriptum, in-
luit barbaro vocabulo cum ipso auctore adpe-
llare, sed meliore & erudito viro digna voce aca-
demicum, laudavit in *ad mos. ad f. B. C. P. d. Z.*
fig. 2. Et cum hic obiter libri a Seldenor sub-
sigulo maris clausi editi mentionem iniecerimus,
simul etiam hoc obiter notare lubet, quod Gras-
wiackelius à federatis Ordinibus eum librum
refellere jussus fuerit, sed cum ille librum suum
Ordinibus offerret, non placuit illum publicari
ex sententia Arssenii, domini de Sommedyk ita
statuerint: rem illam non esse calami, sed gla-
diis, si Belgæ non possent mare tueri classibus &
armis, frustra idem libris & stilo esse tentatores;
ubi arma sufficienter, libros esse inceptos & super-
pacues. Huberus in *bisk. c. p. 2. l. 1. f. 2. 6. c. 1.*
qui quo autem Carolus rex,

tum, sibi in vicinias adserere non posse, aliud ergo intuitu partium. Sic vastus oceanus, quatenus littora regni alicuius, v.g. Galliae, Hispaniae, &c. adluit, & quatenus alii per explosionem tormentorum ab eius usu atceri possunt, sine dubio a supremo dominante in illo regno tamquam eius accessorium vindicatur. Pertinet huc etiam portus, unde tempore belli portu illius populi, qui bello se non immiscait, (*Neutral vocant,*) quilibet bellicorantium uti potest, nec alter alterum in eo portu offendere debet propter dominium, quod illi populo in hac parte oceani competit. Exempla in nuperō bello ratione successoris Hispaniae praebeuerant portus Genensis, Liburnus, aliquique. Sic aer, quatenus ambit territoriorum aliquod, in principis dominio est, (a) quemadmodum ille, nec non lumen, & calor solis eatenus quoque ad priuatum pertinet, quatenus super ipsius fundo deprehenditur, ita ut me inuito nemo fundum meum intrare possit, licet dicat,

E 4

(a) Unde intuitu animalium aucupium ad regalia plerumque refertur. Justinianus, aut, si maius, Tribonianus, *s. 12. l. de rer. diss.* volucres animalia vocat, quæ cœlo nascuntur.

scenullum alium finem habere, quam quod
calore solis, aut salubritate aeris perfrui
velit.

S. V.

Sed quid si nobis obiciatur, quod
scilicet ex distinctione in s. III tradita
etiam sequatur, terram absque nota ip-
humanitatis ab hominibus dominio sub-
iici non potuisse, quoniam & huius usus
est inexhaustus & omnibus sufficiens. re-
spondemus, terram ideo in communione
manere non potuisse, quia eiusdem usus
est ordinarius & quotidianus, unde non
potuerint non plurimæ lites exinde ori-
sus autem vasti oceanus est extraordina-
rius & non quotidianus, nec ab omnibus
hominibus exercetur, unde tales lites ex
communi eiusdem usu non sunt inven-
da, & proinde ab uno ad alterum non
valet consequentia. Terra certis limiti-
bus est distincta & hominibus adsignata,
non autem vastus oceanus, v. Pufendorff.
de offic. leg. & cij. h. c. 12. s. 4. in fin. verb.
ubi enim aliqua ita sit comparata, ut
nullo modo alii ab eius usu arceri queant,
illam dividì, aut propriam cuiuspian
fieri, non superuacuum solum est, &c.

S. VI.

§. VI.

Modus adquirendi dominium ius naturæ specificè non determinat, sed hanc determinationem legibus peculiaribus cuiusvis populi relinquit, unde in legibus Romanis traditio in mobilibus per apprehensionem, siue per dationem de manu in manum, in immobilibus per inductionem, interdum adhibitis symbolis, v.g. clavisbus, instrumentis super prioribus acquisitionibus confessis, interdum sine his perficitur. Quod etiam alia ratione fieri potuisse, quemadmodum iuxta dicta LL. Romanas in ultimis voluntatibus, in hereditate, legato & donatione mortis causa, dominium ipso iure, id est, absque ultra traditione in alterum transire dicitur.

§. VII.

Ut res, quæ nullius est, occupanti cedat, (a) jus naturæ non præcipit quidem, sed

(a) Occupatio, quam, ut & accessionem modum originariam adquirendi vocant, semper sit per apprehensionem, unde non adstipulatur Hippo, qui in *exam. insti. tit. de R.D. qu. 55. post Strykium de jure sens. diff. 1. c. 3. n. 34.* hanc limitationem adiicit: *nisi præsidens animo apprehendendi eam alteri offendit.* Solus visus non sufficit. Impunet sibi garrulus, quod non tacuerit.

Recte Paulus in *Ls. 3. 1. ff.* de adquir. vel amitt.
possess. Dominiumque terram, inquit, ex naturali
possessione cœpisse. Natura filius ait: ejusque regi
vestigium remanere de his, quæ terra, mari, cae-
loque capiuntur; nam hæc protinus eorum sunt,
qui primi possessionem eorum adprehenderint.
Item bello capta, & insula in mari enata & gen-
tia, lapilli, margarites in littoribus multæ; eius
sunt, qui primus eorum possessionem natus est,
multa exempla huc pertinencia de acquisitione
& adprehensione per laqueos, vulnerationem be-
stiarum lethalem, piscium in lacu nostro natu-
rum, per retes, nassas, hamos, &c. v. apud Pufen-
dorff. *de J. N. & G. I. 4. c. 6. §. 9. 10. & II.* ubi ta-
men ab eo dissentimus, quod *d. §. 11.* statuat, pi-
scis ita laou nostro versantes nondum occupatos
esse, sed runc demum, si piscinæ inclusi. Occu-
pamus etiam res immobiles per instrumenta ha-
bilia. Lepidum exemplum de instrumento in-
habili ex Plutarch. *quest. grac. 30.* refert idem Pu-
fendorff. *d. c. 6. §. 8.* Andrius, dicit Plutarchus, &
Chalcidense in Thraciam abiisse, quæ situros loca
habitationi apta, ibique per proditionem cœpisse
urbem Sanam. Postea certiores facti, barbaros
urbem Acanthum deseruisse, duos eo explorato-
res misere perspecturos, an vere barbari abiis-
sent. Hi proprius aecedentes, cum iam clare le-
cum desertam conspicerent, Chalcidensis quidem
explorator cursu concito eo contendit, ut posse-
sionem urbis, nomine Chalcidensium caperet;
sed Andrius, cum cursu superari se videret, jacu-
lum, quod gestabat, emisit; & cum id portæ in-
fixum

sed tamen permittit. Illud interim est preceptum illius juris, ne is, qui semel rem aliquam, siue propter derelictionem alterius, siue ex primæua sua natura in nullius dominio existentem, occupauit, intuitu eiusdem ab altero turbetur, (4) quia

frum esset, exclamauit, se pro popularibus suis seruo jaculi. sibi possessionem priorem cepisse. Controversia inde ortæ arbitrii capti Eretrienses, Samii & Patii; ubi priores duo pro Chalcidetibus, Patii pro Andriis proutuicierunt. Qui irati arbitris juramento feso exsecrati sunt, quod nunquam ab illis uxores essent petituri, neque suas filias illis collocaturi. Et sane, addit Pufendorfius, jaculum occupanda rei immobili non idem videtur instrumentum; cum multa jaculo possimus tangere, ad qua corpore nunquam licet accedere. Quænam ergo sunt instrumenta habilia? si v. g. custos adponantur, si fines arque limites constituantur, &c. De effectuatione & scotatione juxta mores & leges humanas dixi in doctrin. ff. de adquir. rer. dom. §. XXXIII.

(b) Siue possessor sit christianus, siue infidelis, nemini enim ius suum interuertendum. Sed quid, si pontifex maximus alicuius res alteri donasset? de Lusitanis ita Huberus *in hist. civ. part. 2. l. 1. sect. 3. c. 8. circ. fin.* denique a pontifice maximo dominium omnium ultra lineam æquinoctialem versus orientem sibi donationis titulo addici cutauere. Nos non credimus, pon-

pontificem jus donandi in praetorium auctoritatem habuisse, add. Grotii *mare liberum* c. 6. & cuius subiectum hoc est: *quare, aut. jus manigandi, propter primum non esse Lusitanorum etiatio donationis portugie. Unde etiam Hubertus loc. cit. per jocum, ut credo, addidit, quod (jus ex praetensa donatione) haeretici deinde, Belgæ & Angli, non nimis fragni fecerunt.*

Adponamus adhuc locum ex Joannis Mariae *biffor. de reb. Hispan.* l. 26. num. 42. Ex Columbi, inquit, &c. Americi (Vespucci Florentini) navigationibus Castellæ & Lusitanæ regibus orbis est. Contendebat Lusitanus ignoti orbis explorationem *venia pontificum Romanorum ac nominatim Eugenii quarti ad ipsum uniuersam pertinere.* Quid Castellæ rex in alieni juris provincias inuaderet? quid nouo conatu alieni Iberis & industrie fructum occipparet? ille contra Alexandri sexti diplomate causam rubeatus, A.D. 1493, concedentis, ut linea cogitatione descripta per utrumque cœli cardinem, ceterum omnino leucas ultra insulas Hesperides, quæ ad viride promontorium jacent, quidquid terrarum ad solis occasum inueniretur, ipsi cederet, cetera Lusitano relinquenterunt: qui aliquanto post nuno diplomate correxit, additis ad C. leucas priores aliis ercentis & septuaginta, ut Bresilia recens reperta intra fines Lusitanicæ conquestionis comprehendenderetur. Dapperus in der Beschreibung des Welt-Theils America l. 1. c. 3. pag. 85. ita: Papst Alexander hatte zwischen den Römern in Castilien und Portugall welche beide geschäftig waren

quia hoc turbaret socialitatem. Ex quo sonate simul praesuluit, cum, qui rei principalis dominus est, etiam in fruitione rei accessoria, & fructuum, non esse turbandum, quia accessorium principalis naturam sequitur.

S. IX.

qui ob regis etiam in eam
sequitur, ita quod alii possunt.

waren neue Länder zu entdecken, eine Scheidung gemacht; nemlich daß der Castilier alle bey der See gelegene Länder auf der Abend-Seite des Mittags-Strichs, der Portugallier aber auf der Morgen-Seite besitzen sollte. Aus Krafft dieser Scheidung waren bisher die gewürzreichen Moctucischen Insulen dem Portugallier zutheile gefallen: weil man sie anders nicht, als nach dem Morgen zu durch einen weiten Umweg zu befahren gewußt. Aber Magaglian erwiese nunmehr vor Kayser Carl dem Vten, daß sie auch nach dem Abend zu und zwar durch einen viel fürgern Weg könnten befahren werden und daher gehören sie eigentlich unter Castilien. *Integralm Pontificie bullam exhibet auctor anonymus in his-
toria terrar. geograph. Scin. ut & Bzouius in his-
tol. ecclesiast. ad a. Christi 1493. teste Hoffmanno
in continuo. lex. univers. voc. America.* Sed eos
autores hic loci inuenire non posui. Multa
quoque ex aliis excerptis Hübnerus in denen fürd
ten Fragen aus der Politischen Historia part. 9.
L. 9. p. 990 seqq. Dolendum vero, quod autores
non citaverit, ex quibus excerptis,

Capitulum IX. ad hanc librationem. **IX.** nullus est nisi
Quoniam ergo occupant ipsorum, quae
nullius sunt, ex permissione iuris naturae
solum oritur, hinc non iniqui sunt prin-
cipes, quandoque hac parte in statu ciuili
subditorum potestatem quodammodo
circumscribunt, v.g. quando ipsis ius ve-
handi, ius piscationis, ius adprehendendi
gemmas in littore maris inuentas & simi-
lia interdixerint.

§. IX.

Quæ de accessoriis in **§. VII.** diximus,
illa ita quoque limitanda videntur, ut de
ordinariis saltem intelligi debeant. Un-
de iterum non peccant principes, si quan-
do accessoria extraordinaria, v.g. thefa-
ros, metallifodinas, salinas, &c reliqua in
fundis priuatorum inuenta, vel ex parte,
vel in totum sibi adscribunt, ad melio-
rem sui & reipublicæ conseruationem.
Diversitas enim status ciuilis & naturalis,
diversitatem juris hic etiam introducere
potest.

§. X.

Quæ de specificatione, pictura, scri-
ptura, ferruminatione, adplumbatura &c.
in jure Romano habentur: ea ex jure
naturæ ita deduci non possunt, quamvis

Tribonianus in *s. XI. l. de R. D.* contrarium adferere valuerit, (a) scilicet, est hoc principium juris naturæ, quod dominium rei meæ sine facto meo ab altero mihi auferri nequeat. Ergo, licet alter ex sua & mea materia rem aliquam conficiat, & illa commode iterum separari nequeat: dominium tamen rei meæ mihi saluum manet & sic res illa recens confecta, est utrique nostrum communis. Quod si in communione manere nolimus: jus naturæ non dicitur, cuinam illa res præ altero sit addicenda, ut hic scilicet alteri pro sua portione pecuniam exsoluat: sed res vel sorti committenda, vel in virum prudentem compromitterendum erit, qui hanc controversiam forsan ex regulis boni & æqui dirimere possit.

§. XI.

(a) Verba Triboniani hæc sunt: Singulorum autem hominum multis modis res frunt. Quarundam enim rerum dominium nanciscimur jure naturali, (quod sicut diximus) appellatur jus gentium: quarundam vero jure civili. Commodius est iraque a vetustiore jure incipere. Nam est autem, vetustius esse jus naturale, quod cum ipso genere humano rerum natura prodidit. Civilia autem jura esse ceperunt, cum & civitates conditæ, & magistratus creaserent, & leges scribi coepesserent.

80. CAPITULUM DE DOMINIS ATRONIS

§. XI.
Si alterius res est fungibilis, hic contentus esse poterit, si modo rem similem accipiat, quia res fungibilis non recipit affectionem. Sin utraque res est species, res recens confecta, illi addicere posset, qui est dominus pretiosioris. Quod si vero utraque res eiusdem pretii, tunc iterum ad sortis judicium configere oportet, quo quidem remedio apud nos in statu civili opus non est, postquam hac de re in legibus nostris speciales regulas habemus. (a) Interim, prout diximus, ea, quae in *hoc* §. adtulimus, non sunt juris naturæ præceptiui, quoniam socialitas consistere potest, siue res communis huic, siue alteri adjudicetur, modo hic alteri justum portionis suæ pretium persoluat.

§. XII.

Ufucatio eatenus est iuris naturalis, quoniam, si dominia rerum semper in

(a) Habentur illæ regulæ in §. 25. 2. de R. Di ubi distinguitur (1) an noua species partim ex materia aliena & partim ex propria facta; (2) si ex materia pure aliena facta, an reduci possit ad pristinam materiam, anno. Lapsus interim est Tribonianus in casu de excussione spicardam & similium, etiam secundum principia ipsius juris Romani, prout ostendi ad §. eis. iis. mss. f. 96. l. 6. c.

incerto manerent, exinde nil, nisi confusio & per consequens turbatio socialitatis oriri posset. Certum tamen annorum numerum jus naturæ non determinat, sed omnia, quæ hac parte in iure Romano deprehenduntur, meri iuris positivi ciuilis sunt. Coincidit autem usucapio, quantum iuris naturalis est, cum tacita derelictione, prout eam DD. communiter describunt. Scilicet, quoties alter commodam occasionem habuit, ius suum recuperandi, hoc tamen non fecit, toties eandem tacite dereliquisse & ex aduerso altera pars eam usucapisse dicitur. Quoties vero talis occasio non adfuit, alter tamen omne id fecit, quod facere potuit, toties ius suum non amisit, (a) solent etiam principes nomina prouinciarum, quas prætendunt, titulis suis inferere, quod præcipue principibus Germaniæ admodum

F dum

(a) Unde ille, qui se vocat den Prætentent, si aliquod ius habuisset in Anglia regnum, de quo non constat, illud ius nondum amisisset ex capite præscriptionis. Semper enim cœlum & maria mouit, quoties existimauit, commodam occasionem adesse, ut ope rebellium nonnullorum regis Anglia subditorum solium regium adscendere possit.

dum familiare. Ergo titulus conseruat ius, modo factum contrarium non accedit, huic modo conseruandi aperte contrarium. Disputant: an Imperatori ius in urbem Romam & patrimonium Petri adhuc competit? adfirmat Conringius *de suis imper. l. 2. c. 2.* præcipue ex ea ratione, quia titulus *Romanorum imperatoris* constanter fuit retentus, v. etiam Boëclerum *in notis imper. l. 2. c. 2.* Ex diuerso negatiuam præferendam esse censet Henniges *in annot. ad Beckeri jus publ. l. 1. c. 2.* quia pontifices iam a longissimo tempore res suas libertime administrarunt & legatos ad eos imperatores misserunt. B. Henniges adstipulatur Dn. Thomaeius *in not. ad Monzamb. edit. de a. 1695. c. 1. §. 14. lit. b.* qui etiam omnia argumenta excerpit, quæ ab utraque parte adducuntur. (b)

S. XIII.

(b) Tempus memoriam hominum excedens etiam requirit Grotius *de j. B. & P. l. 2. c. 4. 5. 7.* Sed tunc nullum plane dubium superest, unde Gronouius *in not. ad d. l. num. 22.* quod (tempus) quando fuerit, nemo superest, qui meminerit, pro infinito est per humanam imbecillitatem, et si reuera fines certos habuerit. Conferendus in hac materia alias est Pufendorfius *de j. N. & G. l. 4. c. 12.*

§. XIII.

Quod modum transferendi dominia per *testamenta* adtinet, ius naturæ permittit, ut quis ultimam suam voluntatem & quemnam successorem suum habere velit, declareret. (a) Omnes tamen solemnitates, quæ in iure Romano deprehenduntur, plane ignorat, quod ipsum ex modo testandi militum Romanorum liquido adparet, quippe quorum testamenta ad-

F 2 sim-

(a) Adponamus locum ex Pufendorfio d. l. 4. c. 10. §. 5. Ceterum, inquit, uti nemo facile adseruerit, iuri naturæ repugnare, ut quis possit de suis rebus disponere eo tempore, quo dominus est, & effectum confertre in tempus, quo futurus dominus non sit: ita ut hoc ex domini natura necessaria aliqua ratione resultet, haud quidquam adparet. Evidem hoc ex natura domini fluit, ut quis viuus in rem suam alicui viuo ius conferat, quod non extinguitur, extincto licet eo, qui illud constituit, quippe cum illad ius in viuente (altero) haret. Nam cum efficiens &c. effectum sint entia separata, illo extincto, hoc non statim extingui necessum est. Adeoque uti quis rem suam viuus plene in alterum potest transferre, cuius dominium hic non amittat, mortuo eo, abs quo idem fuit acceptum: ita nihil prohibet, quo minus quis dominium rei suæ in aliud possit transferre, recepto tamen sibi certo in eam rem iure, quoad in viuis fuerit.

simplicitatem iuris naturalis reducta fuerunt. (6)

§. XIV.

(b) Notum est, quod remissio solemnitatum plenaria ad eum casum saltem pertineat, quando miles in acie, id est, in praesentissimo vitæ periculo constitutus est, secundum l. 1. pr. in f. ff. de seßam. milit. l. 14. & 17. C. cod. tit. constit. Maximil. de a. 1512. tit. von Testamenten. 2. §. und sollen. apud Romanos, quod alias prohibitum, etiam notis testari poterant, l. 40. pr. ff. de testam. milit. v. disput. nostr. de notar. testes examinante §. 90. Hoc etiam respectu militum testamenta ad simplicitatem iuris naturæ redacta sunt, quod non teneantur milites ad portionem, quæ legitima in iure ciuili vocatur, liberis, vel parentibus necessario relinquendam, uti iuxta nouell. 115. c. 3. idem obtinet intuitu peculii quasi castrensis, v. l. fin. C. de inoffic. testam. Jure naturæ præter alimenta nihil debetur, si liberi, vel parentes inopes sunt. Legitima iuris ciuilis vero etiam diuitibus relinquenda. Et hinc legitima vocatur, quoniam ex lege positiva ciuili esse suum accepit, v. infra §. XXI. b. cap. Jure naturæ alias quoque nulla est differentia inter masculos & feminas, liberos suos & emancipatos, uti quidem iure veteri Romano, quod abrogauit Justinianus partim in l. 14. C. de legit. hered. partim in nouell. 118. c. 1. Verba nouellæ hæc sunt: si quis igitur descendantium fuerit ei qui intestatus moritur, cuiuslibet naturæ aut gradus, sive ex masculo-

§. XIV.

Quoad successionem ab intestato ius naturæ præcipit, ne is in possessione & fru-
F 3 tione

rum genere, siue ex feminarum descendens, & siue suæ potestatis, siue sub potestate sit: omnibus ascendentibus & ex latere cognatis præponatur. Licet enim defunctus sub alterius potestate fuerit: tamen eius filii, cuiuslibet sexus sint, aut gradus, etiam ipsis parentibus præponi præcipimus, quorum sub potestate fuerint, qui defunctus est, in illis videlicet rebus, quæ secundum nostras alias leges patribus non adquiruntur. Nam in usu harum rerum, qui debet adquiri aut seruari, nostras de his omnibus leges parentibus custodimus: sicut tamen, ut si quem horum descendentium filios relinquenter mori contigerit, illius filios, aut filias, aut alios descendentes, in proprii parentis locum succedere, siue sub potestate defuncti, siue suæ potestatis inueniantur: Nam de hereditate morientis accipientes partem, quantcumque sint, quantum eorum parentes si viueret, habuisset: quam successionem in stirpes vocavit antiquitas. In hoc enim ordine gradum queri nolumus: sed cum filiis & filiabus ex præmortuo filio, aut filia, nepotes vocari sancimus: nulla introducenda differentia siue masculi, siue feminæ sint, & seu ex masculorum, seu feminarum prole descendant, siue suæ potestatis, siue sub potestate sint constituti. Et hæc quidem de successionebus descendentium disponimus.

tione hereditatis turbetur, cui defunctus bona sua probabiliter addicere voluit. Cui-nam autem illa relinquere volueret, hoc ex doctrina de interpretatione haurien-dum. Scilicet, omnium fere hominum hæc inclinatio est, non quod res in do-minio suo existentes nullius fieri, sed poti-
tius, quod certum heredem habere ve-lint. Pro tali autem habetur, de quo vel ex aperta declaracione defuncti, vel saltem ex præsumpta ipsius voluntate con-stat, quod ipsum præ aliis hominibus ma-xime dilexerit.

§. XV.

Si aperta declaratio adest, tunc vo-catur testamentum, de quo jam ante in §. XIII. In materia itaque successionis ab intestato de præsumpta defuncti voluntate solum agitur. Quamvis autem & inter consanguineos nonnunquam amicitia non ita firma sit, sed litibus & simultatibus haud raro disturbetur; communiter tam-en mortales præ aliis extraneis his benc cupere solent, qui sanguine ipsis iuncti sunt. Quæ coniectura ex eo non statim eliditur, quod forsan inter defunctum ipsiusque cognatos aliquando lites inter-cesserint; quia enim voluntatem suam in-

con-

contrarium non declarauit, reconciliatio-
nem interuenisse præsumitur.

§. XVI.

Porro experientia quotidiana docet, quod gradus amoris erga consanguineos sint diuersi. Præ aliis enim eos diligere solemus, qui a nobis generati sunt, unde ipsum jus Romanum non inepte primam classem in successione *descendens* esse dicit. v. *not. ad §. XIII. lit. b.* Et quoniam amor intuitu nepotum, pronepotum, imo & intuitu adhuc remotiorum, regulariter non minuitur, sed potius augetur, hinc itidem jus repræsentationis non inepte in hoc ordine in infinitum usque extenditur.

§. XVII.

Quod *adscendentes* adtinet, brocar dicum quidem notum est, quod amor non adscendat, sed descendat; sed hæc locutio comparativa saltem est, quod scilicet tam tenero affectu non complectantur liberi parentes suos, quam hi quidem illos. Interim tamen, si queritur: utrum liberi in dubio parentes suos, an vero conlaterales magis ament? fine dubio præsumtio capi poterit, quod ob recordationem acceptorum beneficiorum ma-

gis parentes suos dilexerint & sic hereditatem suam illis destinaverint. (a) *ibidem* 103.

§. XIX.

Quod si denique defunctus nec descendentes, nec adscendentes reliquerint, ~~et~~ ^{et} lateralibus hereditatem suam praeterea destinasse censemur, idque sine distinctione, cuius sexus illi sint, vel utrum uno saltu, an vero duobus vinculisticum ipso coniungantur. (a) Regulariter tamen, quo proximior quis est, eo carior esse solet. §. XIX.

(a) Ergo & haec successionis species non est ex præcepto juris naturæ, sed solum ex præsumptione, & hinc legislatores in rebus publicis liberas manus habent, ut pro libitu disponere queant. Famosum exemplum inuenitur in Austria, ubi dicunt: die Erbschäften fallen dem Österreichischen Landsbrauch nach nicht zurück / also gar / daß in Mangel anderer Erben die adscendenten auch von dem fisco ausgeschlossen werden / de qua materia post Suetingerum, Waltherum, Reutterum & Weingärtlerum fuse agit Benedictus Ginstorvalder *in obseruat. practic. ad transactud. archi-ducat. Austriae superioris l. 2. obseruat. 119.* & ostendit simul, portionem legitimam non esse juris naturæ, prout nos etiam statuimus.

Ad §. XIX.

(a) *Jus Romanum fratres germanos, displici-*
vin-

vinculo coniuctos & ex eodem germine prouenientes, præfert fratribus unilateralibus, consanguineis, qui eundem patrem, & uterinis, qui eandem matrem habent. De diuersis fratribus hæc alias habet & ex parte dissentit Isidorus origin. l. 9. c. 6. *Fratres dicti, eo quod sine ex eodem fructu, i. e. ex eodem semine natū.* *Germani* vero de eadē genitrice manantes; non, ut multi dicunt, de eodem germe (quod tamen probabilius est,) qui tantum fratres vocantur. Ergo fratres ex eodem fructu, germani ex eadē genitrice manantes. *Uterini* vocati eo, quod sunt ex diuersis patribus, & uno utero editi. Nam uterus tantum mulieris est. Quatuor autem modis fratres dicuntur in diuinis scripturis, *natura, gente, cognatione, affectu.* *Natura*, ut Esau & Jacobus, Andreas & Petrus, Jacobus & Johannes. *Gente*, ut omnes iudæi fratres inter se vocantur, ut in deuteronomio, si autem emeritis fratrem tuum, qui est hebreus. Et apostolus, optabam, inquit, ego anathema esse a Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem, qui sunt Israelitæ. Porro *cognatione* fratres vocantur, qui sunt de una familia, i. e. patria, quas latini paternitates interpretantur, cum ex una radice multa generis turba diffunditur, ut in genesi dixit Abraham ad Lotum, non sit rixa inter me & te, & inter pastores tuos & pastores meos, quia omnes fratres nos sumus. Et certe Lot non erat frater Abraham, sed filius fratri eius Aram. Quarto modo *affectu* fratres dicti, qui in duo scinduntur, spiritu-

S. XIX.

Quia vero, prout supra §. XIV. diximus, hæc omnia non ex juris naturæ præcepto, sed ex doctrina de interpretatione, quæ philosophiæ rationalis pars est, hauriuntur; hinc quoque modus & ordo succedendi apud omnes gentes non est eiusdem generis. Sic Romani cum ascendentibus fratres germanos eorumque liberos admittunt, (a) & in successione

conlæ-

re & commune. *Spirituale* quo omnes christiani fratres vocantur: ut ecce, quam bonum & quam jucundum habitare fratres in unum. Item *commune*, cum omnes homines ex uno patre natu patrì inter nos germanitate coniungimur, scriptura loquente, dicite iis, qui oderunt vos, fratres nosti vos estis. Germana ita intelligitur ut germanus eadem genitrice manans. Soror autem ut frater. Nam soror est ex eodem semine dicta, quod sola cum fratribus in sorte adgnationis habeatur.

(a) Jure Romano veteri fratres parentibus præferebantur *I. i. §. 9. ff. de suis & legitim. hered. ibi: post suos fratres consanguines vocantur.* Justinianus in *I. ii. C. commun. de success.* ita: sancimus, inquit, quemadmodum de his rebus, quæ liberis in sacris constitutis & occasione maritali acquisitæ sunt, certus destinatus est ordo; ut si quis ex his ab hac luce fuerit subtractus,

pars

conlateralium eosdem reliquis omnibus preferunt. Longobardi eos saltem in successione feudali admittunt cognatos, qui a primo adquirente descendunt. (b) Saxones fratres unilaterales uno gradu remotores esse fingunt. (c) Sic absurdum quo-

pars eius, quam lucratus fuerat, ad liberos eius, vel nepotes concedatur; quibus non extantibus, ad fratres suos ex eodem matrimonio primogenitos; vel si etiam non supersint, ad fratres ex aliis nuptiis procreatos: cumque nemo eorum fuerit relictus, tunc ad patrem perueniet; ita & de his, quæ materna linea per quamcumque occasionem, vel inter viuos, vel per ultimas dispositiones, vel ab intestato descendunt, similis ordo seruetur: primum in filii, vel filiæ successiōnem posteritate eius vocanda: ea quenon inuenta, fraterno confortio eiusdem, vel alieni matrimonij secundum prædictum ordinem arcessit: tunc ad ultimum locuta pater a legibus concludetur, & sui filii non gratam hereditatem relistem, sed triste lucrum sibi lugeat adquisitum. Jus Romanum nouissimum, de quo hic in textu mentio injicitur, habetur in *nouell. 118. c. 2.*

(b) *z. F. 21. in f. ibi: dum tamen hos constet, ab eo* (primo adquirente) *per masculos descendisse, v. Struu. S. I. F. c. 9. tb. 2. Stryk. exam. jur. f. 2. c. 15. qn. 1.*

(c) Die halbe Geburth tritt einen Grabweiser/ Land. *R. I. 1. art. 3. §. mun mercer/ add. t. 2. art. 8.*

quoque non esset, si deficiētibus cognatis adfines ad successionem vocarentur, prout de jure Romano coniuges & certa collegia in subsidium jure successionis gaudent. (d)

§. XX.

Ex adductis fundamentis nunc adhuc magis in aprico est, portionem legitimam, prout supra alias in *not. ad §. XIII. b. cap. lit. b.* jam diximus, quæ juxta LL. Romanas parentibus ex liberis simpliciter, fratribus autem certo casu (e) necessario relinquenda est, nec materialiter,

art. 20. ibique not. nostr. Jus repræsentationis etiam eo jure intuitu conlateralium non obtinet, *Land. R. I. i. art. 17.* ergo proximior indistincte succedit.

(d) *v. tot. tit. ff. und. vir. & ux. nou. 53. c. 6. mon. 117. c. 5.* Stryk. *de success. ab intest. diff. s. c. I. §. 32. seqq.*

Ad §. XX.

(e) Si scilicet fratri germano & consanguineo persona turpis, aut leuis notæ macula laborans præfertur, *I. 27. C. de inoffic. testam.* tunc enim aut portio legitima ipsi relinquenda, aut exheres scribendus est ex tribus causis, si scilicet *vita, fama, aut maxime bonorum parti* frater testatori fratri insidias struxerit, *v. mon. 22. c. 47. princ.* Auctor Halensis der abgesonderten bibliothec, part.

rialiter; nec formaliter ex juris naturæ præcepto oriri, quibus terminis alias ciuitatis

part. 4. art. n. s. adhuc addit quartam caussam ex uowell. 115. c. 3. §. 12. si frater furiosum fratrem neglexerit, quæ sententia non simpliciter rejicenda. Ita enim in dicto textu habetur: si quis de predictis parentibus furiosus fuerit, & eius liberti, vel quidam ex his, aut liberis ei non existentibus, alii eius cognati, qui ab intestato ad eius hereditatem vocantur, obsequium ei & curam competentem non probuerunt: siquidem a tali fante fuerit infirmitate, erit ei potestas, utrum velit negligenter filium, vel filios, aut cognatos, ingratum, vel ingratus, in suo scribere testamento. Si autem aliquo furoris morbo eum detentum extraneus aliquis viderit a suis negligentem liberis, vel cognatis, aut aliis ab eo scriptis heredibus, & pro misericordia voluerit eum procurare, damus ei licentiam, attestacionem eis, qui ab intestato, vel ex testamento jam facto ad furiosi hereditatem vocantur, scriptis dirigere, ut eum proiurare festinent. Si autem post huiusmodi adtestationem neglexerint, & extraneus in suam domum furiosum suscepsum summis propriis usque ad finem vitæ ipsius procurasse monstratus fuerit: eum, qui obsequium ac diligentiam furioso exhibuit, licet extraneus sit, ad eius successionem petuenire decernimus, euacuata institutione eorum, utpote indignorum, qui furioso (sicut diximus,) curam præbere neglexerint: ita tamen, ut cetera testamenti capitula in sua maneant firmitate.

listæ utuntur, vid. Lauterbachius *ad tit. ff.*
de querel. inoff. test. Constat simul etiam,
 ea pacta, quibus soli primogenito successio
 in bona paterna defertur & secundo
 genitis certa saltem portio adsignatur,
 quod apanagium vocamus, non esse con-
 tra juris naturæ dispositionem. Quod
 eo usque extendo, licet tempore intro-
 ductæ primogenituræ jam secundogeniti
 adsuerint. Ratio enim, quam DD. vul-
 go adferunt, ac si secundogeniti jus qua-
 situm intuitu successionis habeant, & vici-
 tu illorum, quos aliqua lex ciuilem non
 obligat, oppido falsa est.

§. XXI.

Hæc de dominiis rerum. Quod nunc
 reliquas species juris in re adtinet, v. g. *ser-*
uitates & hypothecas, jus naturæ earum in-
 intuitu nihil specifice determinat, sed cuilibet
 liberam facultatem relinquit, quomodo
 de rebus suis disponere & quænam illis
 onera imponere velit. Postquam vero
 seruitus, aut hypotheca, semel consti-
 tuta est, jus naturæ præcipit, ne alterius
 cius fruitione turbetur, quemadmodum
 etiam præceptum juris naturæ est, ne
 quis alterum de sua possessione sine justa
 tem

causa de jiciat, quia haec omnia socialitatem quam maxime turbarent.

Diximus supra in *not. ad g. VII. b. cap. tit. b.* nos auctores ibi citatos hic loci inuenire non potuisse; deinde tamen collega honoratissimus, Dn. Kortholt, professor eloquentiarum & bibliothecarum academicarum praefectus Abrahami Bzouii annales ex bibliotheca illa academica beneuole concessit, in quibus instrumentum donationis Americae inuenitur & sequentis tenoris est:

Alexander Episcopus, seruus seruorum Dei. Charissimo in Christo filio, Ferdinando Regi, & charissimae in Christo filiae, Elisabeth Reginae, Castellae, Legionis, Arragonum, Siciliæ & Granatae, illustribus salutem, & Apostolicam benedictionem.

Inter cetera diuinæ maiestati beneplacita opera, & cordis nostri desiderabilia, illud profecto potissimum existit, ut fides catholica & christiana religio dilatetur, animarumque salus procuretur, ac barbaricæ nationes deprimantur & ad fidem ipsam reducantur. Unde cum ad hanc sacram Petri sedem diuina fauente clementia (meritis licet imparibus) eucetti fuerimus,

cognoscentes Vos, tamquam veros catholicos reges, & principes, quales semper fuisse ouimus, & a Vobis præclare gesta, toti pene jam orbi notissima demonstrant, nedum id exoptare, sed omni conatu, studio & diligentia, nullis laboribus, nullis impensis, nullisque parcendo periculis, etiam proprium sanguinem effundendo efficere, ac omnem animum vestrum, omnesque conatus ad hoc jamdudum dedicasse, quemadmodum recuperatio regni Granatae a tyrannide Saracenorum hodiernis temporibus per Vos, cum tanta divini nominis gloria, facta testatur, digne ducimur, non immerito, & debemus illas vobis gratias etiam sponte, & fauorabiliter concedere, per quas huiusmodi sanctum, & laudabile ab immortali Deo coepitum propositum indies feruentiori animo ad ipsius Dei honorem, & imperii christiani propagationem prosequi valeatis. Sane accepimus, quod Vos dudum animo proposueratis, aliquas Iasulas, & terras firmas remotas, & incognitas, ac per alios hactenus non repertas quare, & inuenire, ut illarum incolas,

& ha-

& habitatores ad colendum redemptorem nostrum, & fidem catholicam profitendam reduceretis, hactenus in expugnatione & recuperatione ipsius regni Granatae plurimum occupati, huiusmodi sanctum & laudabile propositum vestrum, ad optatum finem perducere nequivistis; sed tandem, sicut domino placuit, regno praedicto recuperato volentes desiderium adimplere vestrum; dilectum filium, Christophorum Columbum, virum utique dignum & plurimum commendandum, ac tanto negotio aptum, cum nauigiis, & hominibus ad similia instrutis, non sine maximis laboribus & periculis, ac expensis destinastis, ut terras firmas, & insulas remotas, & incognitas huiusmodi per mare ubi hactenus nauigatum non fuerat, diligenter inquireret; qui tandem, (diuino auxilio) facta extrema diligentia, in mari oceano natigantes, certas insulas remotissimas, & etiam terras firmas, quae per alios hactenus repertae non fuerant, inuenierunt, in quibus quam plurimæ gentes pacifice viuentes; & ut adspicitur, nudi videntes, nec car-

nibus vescentes inhabitant, & ut pati nuncii vestri possunt opinari, gentes ipsæ in insulis & terris prædictis habitantes, credunt unum Deum creatorem in cœlis esse, ac ad fidem catholicam amplexandam, & bonis moribus imbuendum satis apti videntur, spesque habetur, quod si erudirentur, nomen saluatoris, Domini nostri Jesu Christi, in terris & insulis prædictis faterentur; ac præfatus Christophorus in una ex principalibus insulis prædictis, jam unam turrim satis munitam, in qua certos christianos, qui secum iuerant, in custodiā, & ut alias insulas, ac terras firmas remotas ac incognitas inquirerent, posuit, construit, & ædificari fecit; in quibus quidem insulis, & terris jam repertis, aurum, aromata, & aliæ quamplurimæ res pretiosæ diuersi generis, & diuersæ qualitatis reperiuntur: unde omnibus diligenter, & præsertim fidei catholicæ exaltatione & dilatatione (prout decet catholicos Reges & principes) consideratis, more progenitorum vestrorum claræ memoria regam, terras firmas & insulas prædictas, illarum quis incolas

&c

& habitatores vobis diuina fauente clementia subjicere, & ad fidem catholica-
cam reducere proposuistis. Nos igitur
huiusmodi vestrum sanctum &
laudabile propositum plurimum in
Domino commendantes, ac cupientes,
ut illud ad debitum finem perducatur,
& ipsum nomen Saluatoris nostri in
partibus illis inducatur; hortamur vos
quamplurimum in Domino & per sa-
cri lauacri susceptionem, qua manda-
tis apostolicis obligati estis, & viscera
misericordiae Domini nostri Jesu Chri-
sti attente requirimus, ut cum expe-
ditionem huiusmodi omaino prosequi,
& adsumere proba mente, orthodoxae
fidei zelo intendatis, populos huius-
modi insulis & terris degentes, ad chri-
stianam religionem suscipiendam indu-
cere velitis & beatatis, nec pericula,
nec labores ullo unquam tempore Vos
deterrent firma spe, fiduciaque con-
ceptis, quod Deus omnipotens cona-
tus vestros feliciter prosequetur; & ut
tanti negotij prouinciam, apostolicæ
gratia, largitate donati, liberius & au-
daciis adsumatis, motu proprio, non
ad vestram, vel ad ulterius pro Vobis

G 2

super

super hoc nobis oblatæ petitionis instantiam; sed de nostra mera liberalitate, & ex certa scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine, omnes insulas & terras firmas inuentas, & inueniendas, detectas & detegendas, versus occidentem & meridiem, fabricando & construendo unam lineam, a polo arctico, scilicet septentrione, ad polum antarcticum, scilicet meridiem, siue terræ firmæ & insulæ inuenta & inuenienda sint; versus Indiam aut versus aliam quamcunque partem, quæ linea distet a qualibet insularum, quæ vulgariter nuncupantur de los Azores, y capo verde; 6. leudis versus occidentem & meridiem, ita quod omnes insulæ & terræ firmæ, repertæ & reperiendæ, detectæ & detegendæ, a praefata linea versus occidentem & meridiem, per alium regem, aut principem christianum non fuerunt actualiter possessæ usque ad diem nativitatis Domini nostri Jesu Christi proximæ præteritum, a quo incipit annus præsens 1493. quando fuerunt per nuncios, & capitaneos vestros inuentæ aliquæ prædictarum insularum auctoritate omni-

omnipotentis Dei, nobis in beato Pe-
tro concessa, ac vicariatus Jesu Chri-
sti, qua fungimur in terris, cum omni-
bus illarum dominiis, ciuitatibus, ca-
stris, locis & villis, juribusque ac
jurisdictionibus, ac pertinentiis uni-
uersis, vobis, heredibusque ex succes-
soribus vestris, Castellæ & Legionis re-
gibus, *in perpetuum tenore praesentium*
donamus, concedimus & adsignamus;
Vosque & heredes, ac successores præ-
fatos illarum dominos, cum plena, li-
bera & omnimoda potestate, auto-
ritate & jurisdictione facimus, consti-
tuimus & deputamus, decernentes ni-
hilominus per huiusmodi donationem,
concessionem & adsignationem no-
stram, nulli christiano principi, qui
actualiter præfatas insulas & terras fir-
mas possederit, usque ad dictum diem
natiuitatis Domini nostri Jesu Christi
jus quesitum, sublatum intelligi posse,
aut auferri debere, & insuper manda-
mus Vobis in virtute sanctæ obedi-
tiæ, ut sicut pollicemini, & nos non
dubitamus pro vestra maxima deuo-
tione, & regia magnanimitate, vos
esse facturos, ad terras firmas, & insulas

prædictas, viros probos & Deum timentes, doctos, peritos & expertos, ad instruendum incolas, & habitatores præfatos in fide catholica, & bonis moribus imbuendum destinare debeatis, omnem debitam diligentiam in præmissis adhibentes; ac quibuscumque personis, cuiuscumque dignitatis etiam imperialis & regalis status, gradus, ordinis vel conditionis, sub excommunicationis latæ sententia poena, quam eo ipso, si contra fecerint, incurant, districtius inhibemus, ne ad insulas, & terras firmas inuentas, & inueniendas, detectas & detegendas, versus occidentem & meridiem, fabricando & construendo lineam a polo arctico, ad polum antarcticum, siue terræ firmæ & insulæ inuentæ, & inueniendæ sint versus Indiam, aut versus aliam quamcunque partem, quæ linea distet a qualibet insularum, quæ vulgariter nuncupantur de los Azores, y capo verde, centum leucis versus occidentem, & meridiem, ut præfertur, pro mercibus habendis, vel quavis alia de causa accedere præfumant, absque vestra, ac heredum, & successorum

vestro-

vestrorum prædictorum licentia specia-
li. Non obstantibus constitutionibus
& ordinationibus apostolicis, ceteris-
que contrariis quibus cumque, in illo,
a quo imperia & dominationes, ac bo-
na cuncta procedunt, confidentes,
quod dirigente Domino actus vestros,
si huiusmodi sanctum & laudabile pro-
positum prosequamini, breui tempore
cum felicitate, & gloria totius populi
christiani, vestri labores & conatus
exitum felicissimum consequentur.
Verum quia difficile foret præsentes
litteras ad singula quæquam loca, in
quibus expediens fuerit deferri, vo-
lamus ac motu & scientia similibus de-
cernimus, quod illarum transumptis
manu publici notarii rogati subscriptis,
& sigillo alicuius personæ in ecclesiasti-
ca dignitate constitutæ, seu curiæ ec-
clesiasticae munitis, ea prorsus fides in
judicio, & extra, ac alias ubilibet ad-
hibetur, quæ præsentibus adhiberetur,
si essent exhibitæ vel ostensa. Nulli
ergo omnino hominum liceat, hanc
paginam nostræ commendationis, hor-
tarionis, requisitionis, donationis, con-
cessionis, adsignationis, constitutionis,

deputationis, decreti, mandati, inhibitionis ex voluntatis infringere, vel & ausu temerario contraire. Si quis autem, &c. Datum Romæ, apud S. Petrum, anno incarnationis Dominicæ, M CCCC XCIII. Quarto nonas Maii. Pontificatus nostri, anno primo.

Est stilus & sunt ipsa verba Papæ Alexandri. Addit Bzouius: occasionem huius edicti Joannes rex Lusitanæ dederat. Narrauimus superius, Christophori Columbi in retegendo nouo orbe felicia auspicia: quod cāmis in atlanticum oceanum ingressus, canarias primum insulas petiisset, inde continua dierum aliquot verificatione in occasum proiectus, insulas aperiebat nouas, quas abs te, quod primæ occurrisserent, principes nominauit: & exposito milite nactus aurifodinas, loco idoneo castra communiit, relietoque ibi praefidio, incolas ferme duodecim, & alia inuentæ eius regionis argumenta secum in Hispaniam reuexit. Ea res, quo minus erat in spe, eo maiorem Ferdinando regi, & aulæ uniuersitatem tulit voluptatem: Joannes contridolorem non modicum ex eo percepit: vel

vel quod efflorescenti tum maxime ad maritimæ rei gloriam nomini Lusitano, partum ab aliis in eodem genere decus officeret; vel quod relicto sibi a maioribus inclyto nauigationis jure, spoliari, & vasti oceani possessione pelli quodammodo videretur. Ergo ad exigendos e principibus insulis Baeticos, easq; in Lusitaniam ditionem adserendas, de procerum sententia, classem instruere quam primum adgressus est. Ea re cognita Ferdinandus, mirari magnopere, cur ab rege socio, & amico, ignotimaris inuestigatione, præsertim, quam oblatam ille a Columbo reiecerit, arceatur, cumque super ea re nuncii, & juris interpretes ultro citroque cum litteris commeassent; postremo Ferdinandus ad reuocandum ab ea mente Joannem, viros primarios misit duos; & qua erat solertia, si minus ab incepto abducere illum possent, certe per varias cauffas rem consulto jussit extrahere, dum Columbus, quem in eadem loca maiore cum adparatu remittebat, de concepta spe auri, argenteique & opum aliarum, certiora & exploratoria perferret. Non sefellit Joannem

G 5 astus,

astus, & dum legati sedulo tempus terunt, (ut erat egregie facetus) legationem eam, neque caput neque pedes habere dixit: cauillatus oratores ipsos, quorum alter ex cruce claudicaret, alter ab insito fastu, leuior, & elatior haberetur. Factum tamen, ut Joannes omisso belli consilio non recusauerit, quo minus disceptatore totius controuersiaz, uterentur Alexandro pontifice Romano. Is cognita Regum cauffia, ne quando lis ad arma deducetur; ultra Hesperidum insulas ad trecentesimam fere leucam, & quadragesimam, ducto a septentrionalibus ad australem polum circulo, totum terrarum orbem ex aequo bifariam secuit. Quae pars vergebatur in orientem, hanc Joannes, facta sibi ob juris antiquitatem optione, desumpsit; occidua Ferdinando relicta. Et hoc tempore in peruestigandis ignotis regionibus ab Lusitano, & Castellano mira utrimque virtute certatum est; & Ferdinandi auspiciis, idem Columbus, aliique deinceps immortalitate dignissimi viri, ad occasum meridiemque, immaria terrarum spatia, cum incredibili prouentu

uentu auri, & argenti, subinde patefacta cere; quo maxime subfido Castella postmodum tantos, tamque adfidiuos terra, marique sumtus prope infinita pecuniarum erogatione sustinuit. Maf- feus *bif.* *indicar.* l. 2.

CAPUT VII.**DE OFFICIIS CONTRAHEN-
TIUM.****CONTENTA HUJUS CAPITIS.**

*Distinctiones contractuum in jure Romanu-
mo obuias jus natura ignorat.* Quasi con-
tractus sic dictus tamen ipse non quidem quoad
uomen, tamen quoad rem cognitus est, §. I.
Non omnis promissio est pactum. De pro-
missione imperfecta, §. II. de nuda adsertio-
ne, ex qua nullam viri actionem statuitur,
§. III. quid ad verum pactum requiratur?
eius definitio, §. IV. ad consensum requiritur
libera voluntas. Unde ex promissione vi me-
tue elicita nemo obligatur. Jus Romanum,
quod actionem ex negotio coacto concedit, eli-
ditur per restitutionem pratoris in integrum,
§. V. metus autem esse debet iniustus. De
metu reverentiali liberorum. De solutione
metu magistratus facta. De eo, qui in bello
victus

victus prouinciam aliquam cedere coactus fuit, §. VI. dolus quoque consensum impedit. varias autem doli definitiones, qua solius juris Romani inuenta sunt, jus natura ignorat, §. VII. de errore, & quomodo eius intuitu jus natura a jure Romano discrepet? §. VIII. quomodo jus natura procedat eo casu, si contrabens aliquid tanquam conditionem supposuerit, & huius falsitas deinde detegatur? §. IX. de furiosis & ebriis. In impuuberibus jus naturale certa atatis terminas non ponit, ut jus Romanum sed circumstantiarum judiciique in impuabere rationem habet, §. X. ciuitio in contractibus onerosis & gradus quidam diligentia a contrahentibus etiam secundum jus natura prestari debent. Speciales vero juris Romani circa id dispositiones morum potius gentium, quam juris naturae sunt, §. XI. hinc quoad jus natura sufficit, contractus & foedera, a personis habilibus celebrata, quocunque etiam modo factum illud fuerit, feruasse, §. XII.

§. I.

VARIAS illas distinctiones, quæ in L. positivis, praesertim vero Romanis deprehenduntur; inter pacta & contractus, pacta nuda & non-nuda, contractus nominatos, &c

& innominatos, reales, verbales, litterales & consensuales, jus naturæ ignorat, quippe quod cuiuscunque generis conuentionem seruandam esse præcipit, ne socialitas & pax inter contrahentes rumpatur. Eos tamen, quos Romani quasi-contractus appellant, juri naturæ non quidem quoad nomen, bene tamen quoad rem cognitos esse censeo, quoniam iterum pax neutri- quam consistere posset, si alter cum meo damno locupletior fieri vellet, illudque, quod ego in illius utilitatem impendi, mihi restituere detrectaret. (a)

§. II.

(a) Sedes materiæ de diuersis contractuum & obligationum speciebus juxta jus Romanum est in l. 1. §. 1. l. 2. seqq. ff. de obligat. Et alii etiam in d. l. 1. pr. dicitur, quod obligationes proprio quodam iure ex variis causarum figuris nasci soleant. Sic dicti quasi contractus, immediate ex legi dispositione oriuntur & hinc partium consensu ne quidem opus est. Agitur de iis in l. 5. ff. d. c. & in tit. I. de obligat. que quasi contractu nascuntur, quo pertinent negotiorum gestio, tutelæ administratio, indebiti solutio & acceptio, cetera, conf. not. nostr. ad princ. q. d. tit. sub. lit. a. & doctrin. ff. tit. de reb. crdit. §. 6. ubi etiam de differentia inter consensum tacitum & presumptum, sive fictum, cui posteriori quasi

§. II.

Ante omnia autem hic euoluendum, quidnam ex hypothesibus eruditorum & simul ex moribus omnium gentium pro conuentione habeatur. Scilicet, non Omnis promissio est pactum, vel contractus, sed aliqua saltem, unde ita tenendum. Interdum promitto alicui aliquid, ita tamen, ut illi actionem contra me propterea concedere nolim, v. g. si patronus clienti aureos montes polliceatur, haec vocatur ab eruditis *imperfecta*. (a) Hanc qui non seruat, cum seruare possit, inhumanus vocatur, (b) socialitatem tamen

quasi-contractus innititur. Tacitus consensus autem est verus consensus, quia facta, si non protestatus, ut tamen nonnulli Jcti dicunt, ad minimum tamen idem operantur, quod verba.

(a) Conferendus hic est Hugo Grotius de *I. P. & P. I. 2. c. 11. §. 2. seqq.* ubi contra Franciscum Connanum disputat.

(b) Gronovius *ad cit. Grot. loc. §. 2. num. 3. verb. non quod iniuste.* haec addit. non quod in eo (promittente) sit iniuria legibus vindicanda, sed quod promissor non praestando, quod promisit, se demonstret, vanum, inconstans, mendacem. Conf. de hac materia Pufendorff. de *J. N. & G. I. 3. c. 5. §. 9. seqq.* credo etiam,

ex

men non rumpit, quoniam jus agendialteri nunquam concederat.

§. III.

Interdum aperio alteri cogitationes meas & propensionem erga ipsius personam, v.g. intentio mea est, quod te ha-
redem

ex hac materia de promissione imperfecta pro-
fluere, quod in jure Romano dicitur: obligatio-
nem in alterius arbitriū conlatam non valere,
I. 17. § 46. §. f. I. 108. §. 1. ff. de V. O. I. 8. ff de
O. & A. ubi in ultimo textu Pomponius: Sub
hac conditione, *si volam*, nulla fit obligatio:
pro non dicto enim est, quod dare, nisi velis,
cogi non possis. Nam nec heres promissoris eius,
qui nunquam dare voluerit, tenetur: quia hæc
conditio in ipsum promissorem nunquam exsti-
tit. Brunnemannus *ad d. I. 8.* exceptionem esse
putat in *I. 69. §. 4. ff. de jur. dot.* ubi Papinianus:
Gener a socero dotem, *arbitratus saceri certo die*
dari, non demonstrata (re, vel) quantitate sti-
pulatus fuerat: arbitrio quoque detracto, stipu-
lationem valere placuit: nec videri simile, quod
fundatione demonstrato, nullum esse legatum,
vel stipulationem fundi constaret: cum inter
modum constituendæ dotis, & corpus ignorantia
differentia magna sit: dotis etenim quantitas pro-
modo facultatum pàtris & dignitate matiti con-
stirui potest. Sed non est exceptio, quia Papi-
nianus de obligatione *ex lege præsentente & sic*
de diuerso casu loquitur.

dem meum facere, aut tibi non conte-mnendam pecuniae summam legare; aut donare velim, quæ vocatur *nuda adsertio*, seu, actus *mere* (quo ipso contractibus unilateralibus obligationem producenti-bus opponitur,) unilateralis. Hic, quia tempus futurum saltem, non præsens re-spicitur, voluntas hominum autem am-bulatoria est, & intentio adserentis mille modis, antequam illud tempus aduenit, mutari potest: exinde actio aliqua itidem non oritur.

§. IV.

Talem ergo declaracionem verum pa-ctum requirit, quæ non solum cogitata mea alteri significat, sed simul quoque illi facultatem concedit, ut in casu, si ego promissionem adimplere cessauerim, competentibus remediis aduersus me uti queat. Unde recte communiter pactum describunt, quod sit duorum, vel pluri-um in idem placitum consensus, ad da-tionem rei, vel facti præstationem direc-tus. (a)

§. V.

(a) Pertinet huc l. i. §. 2. & 3. ff. de part. ubi Ulpianus: Et est, inquit, pactio, *duorum plu-rimum in idem placitum consensus. Conven-*

§. V.

Supponendum autem est, tunc de-
mum négotium consensu initum ab omni-
bus hominibus vocari, quando quid libe-
re & voluntarie promittitur. Unde quis
ex promissione per vim metumque facta
non obligatur, sed quidquid fecit, illud
tudente nullitate laborat, nullamque
actionem producit. Absurdum enim
esset, si ex facto alterius iniusto & socia-
litatem directo turbante actio contra
membrum societatis concederetur. Ex
H quo

tionis verbum generale est, ad omnia pertinens,
de quibus negotiis contractandi, transigendique
causa consentiunt, qui inter se agunt: nam si
cui conuovere dicuntur, qui ex diuersis locis in
unum locum colliguntur, & veniunt: ita & qui
ex diuersis animi motibus in unum consentiunt,
id est, in unam sententiam decurrunt. Adeo
autem conuentionis nomen generale est, ut ele-
ganter dicat Pedius, nullum esse contractum,
nullam obligationem, quæ non habeat in se
conuentionem: siue re, siue verbis fiat: nam
& stipulatio, quæ verbis fit, nisi habeat consen-
sum, nulla est.

Una persona simul non potest considerari,
ut jus habens & obligata. Hinc etiam propter
utilem etiam non subsistit conuento, v.g.
inter patrem & filios familias.

quo simul patet, meras esse subtilitates hypothesibus JCtorum & philosophorum steiorum. (a) adscribendas, quando in jure Romano dicitur, quod actio ex negotio coacto oriatur, ex ratione, quod coacta voluntas etiam sit voluntas. Est certe verum, voluntatem coactam esse voluntatem, sed est tamen coacta nos autem liberam quereremus. Quod ipsum permouit etiam Praetorem, ut quamvis jus vetus subtile aperte abrogare ausus non fuerit, restitutioinem tamen in integrum ex hoc capite illi concesserit, qui ex negotio coacto Iesus esset. (b)

§. VI.

Intelligimus autem talem metum, qui in justus est & sine legis adiuncta interfertur. Hinc primo fluit: liberos non posse facta sua ex hac ratione impugnare, quod parentum iram metuerint, & per hunc metum ad negotium celebrandum adacti fuerint, unde talis metus ab cruditis reverentialis saltem vocatur, nisi for-

(a) Vid. doctrin. ff. 111. quod met. caus. ges. §. II. ubi Reiffenbergium, Menagium & Liphium adlegant.

(b) Vid. I. I. ff. d. 111. ait prator: quod merita causa gestum erit, ratione non habebit.

San parentes limites patriæ potestatis exceſſerint. Ita nec solutionem factam potest impugnare debitor, qui ad eam facienda per lictores adactus fuit, modo magistratus debitam cauſa cognitionem premiserit. Ita nec is facto contrauenire potest, qui in bello ab altero victus ad angustias redactus & ad cedendam urbem, vel prouinciam aliquam adactus fuit. Quamuis enim justitiam cauſa pretendat, alter tamen eandem pretendit, & de hac re inter eos, qui judicem in his terris non adgnoscunt, difficultime judicari potest. (4)

VII.

Consensum porro impedit *dolus illius*, cum quo contraho, qui ipse etiam ad turbanda socialitatis vineula quam maxime & directus & actionem iterum producere nequit. Evidem jus Romanum

H 2

hic

(4) Hoc obiter adjicieadum, quod etiam inter eos, qui alias in statu ciuili viuunt, possit idem obtinere, quando scilicet copia implorandi officium judicis non datur. Quo pertinet materia de moderamine inculpate tutelæ. De eo, qui dejectus est de possessione, dejicientem vero statim iterum dejicit, v. l. 3. §. 9, l. 17, ff. de vi ex vi arm. l. 1. C. ann. vi.

hic distinguit, (a) utrum dolus *causam contractui dederit*, an saltem in contractum *inciderit*, nec non utrum alterutrum in contractibus bonæ fidei, vel stricti juris factum, & tunc demum nullitatem adesse dicit, si dolus causam contractui b. f. dederit. Verum enim uero quilibet facile videt, hoc inuentum solius juris Romanii esse, jus naturæ enim quemcunque dolum eodem modo detestatur, cum pax inter contrahentes æqualiter turbetur, siue dolus causam dederit, siue incidet, siue b. f. siue stricti juris contractus fuerit.

§. IIX.

Denique quod *errorem* adtinet, juris quidem Romani effatum est, errantem non consentire & sic propter errorem in ipsa re & præcipua eius qualitate contractum initum rescindi debere; (a) sed vero quoad

(a) Vid. doctrin. ff. tit. de dol. mal. §. II & III.
& disp. de domin. ex contract. dol. non strictr. §. 15 seqq. ubi de diuersis opinionibus Summermanni & Noodtii.

Ad §. IIX.

(a) Confer. doctrin. ff. tit. de contract. dice. §. X & XI, ibique ceter. sicut.

quoad jus naturale hæc quoque aliter se-
se habere & errorem erranti nocere debe-
re existimamus, quia alteri, cum quo er-
rans contraxit, nihil imputari potest, quod
legi naturali est contrarium. Unde si
patrifamilias, qui peregre est, falsum
nuncium adfertur, v. g. equos ipsius do-
mi perisse, & ille hoc nuncio motus alios
equos sibi comparat: sine dubio ad ser-
uandum contractum obstrictus erit, id-
que siue equi jam traditi fuerint ante de-
tectum erroris, siue non, licet ita di-
stinguendum putet Pufendorff (b) de J.
N. & G. l. 3. c. 8. §. 7. sed fine fundamen-
to, v. Thomas. iurispr. divin. l. 2. c. 7. §. 45.
ibidem not.

H 3 S. IX

(b) Succincte mentem suam exposuit Pufendorf-
fius de offic. hom. &c csn l. 1. c. 9. §. 12. unde et-
iam succincte respondebimus. *Consensum quoque*
dicit, *impedit error*. De hac adassertione & thesi
disputamus. *Circa quem*, addit, *ha regula sunt*
obsernande. I. ubi in promissione aliquid tam-
quam conditionem supposuerimus, cetera cuius inven-
tum promissor non fuerit, naturaliter promissio-
nis nulla erit vis. Nam promissor consensit non
absolutè, sed sub conditione: qua non adparente
promissio quoque nulla est. Concedimus, si con-
ditio expresse adiccta fuit, alias non, v. §. seqq.

§. IX.

Aliter se se res haberet, si contrahens aliquid tamquam conditionem supposuerit & hujus falsitas deinde detegatur, modo tamen illud expresse verbis conventionis adiecerit. Quod si enim ita solum cogitauerit, tunc sibi hoc imputare debet, unde etiam JCTI Romani dicunt, propositum in mente retentum nihil operari. (a) Ergo si falso nuncio persualus sim, abs te negotia mea bene gesta esse, & ego tibi propterea aliquid simpliciter promiserim, obligatus era, dextra licet errore, non enim tam facilis in promisendo esse, sed prius in rei veritatem inquire debuissim. (b)

(a) Conf. l. 2. C. de condic. ob caus. dat. 161 que Godefrid. in not. l. 25. C. de transact.

(b) V. l. 52. l. 65. §. 2. ff. de condic. indeb. Loquimur semper de errore facti, ut contextus ostendit.

Pergit Pufendorfius: *Ex errore ad pacificandum, aut contrahendum fuerum impulsus, cumque re integra & quando uerbis adhuc fuisse praecepit, deprehendero: aquum sane fuerit, ut facultas paenitendi mihi concedatur, praesertim ubi prae me tueto, dum ad pacificandum accedo, quia*

me causa impellat. Tunc non amplius est proprium in mente recentum. Traditione nouum jus non tribuit, sed sequitur naturam actus principialis praecedentis, v. l. 31. pr. ff. de A. R. D. Si alter juxta Pufendorfium ex mea propensione detrimentum non patitur, aut id pensare ego paratus sum: tunc nulla est controvicia & nulla decisione opus. Ex ante dictis corruiunt etiam sequentia: *verum ubi res non amplius est integris & siccis exoribus deponit patuerit*, quando jam pactum est impletum, ex toto, aut ex parte quae errauit, a pacllo refire non poterit, nisi quantum alter ex humanitate velut indulgere. Traditione nouum jus non tribuit. III. ubi error contigerit circa ipsam rem, de qua cognovitur, pactum visatur, NB. non sicut ob errorum, (hoc acceptum), quam quia legibus passi non sunt satisfacti. Resp. immo satisfecit alter, quid enim ipsi meus error imputari potest, nisi in partibus ipsa res, de qua conveniuntur, eiusque qualitates debent esse cognitae, circa quam cognitionem liquidus consensus intelligi nequit. Ita quidem est, sed quod alter eam cognitionem non adquisuerit, hoc alteri imputari non potest. Porro Pufendorfius: unde defectu deprehensio, qui latendus fuerat, vel a contractu restire potest, non alterum ad defectum supplendum adigere. Cessantibus praemissis cessat quoque haec intatio. Concludit: vel etiam ad praestandum id, quod inserviet, ubi ipsius dolus, vel culpa intervenit. De dolo & culpa hic non est questio, sed de solo errore.

§. X.

Ut de *furosis* & *mente capitis*; (a) multa addamus; opera pretium non est, cum in ipsis intellectus quoad exercitium non magis sese exserat, quam quidem in animalibus ratione plane destitutis. Sic ebrios etiam non obligari ex conuentiobus exinde patet, quoniam in dolo esse presumitur ille, qui cum eiusmodi homine contrahere ahinum inducit, quippe quem circumuenire haud est difficile. Modo tamen talis ebrietas fuerit, que omnem rationis usum impeditur. (b) Quod denique *impuberes* adtingat, lex quidem civilis hic certum atatis terminum determinat, a quo libera contrahendi facultas incipit; verum quia hoc ex iure naturae deduci nequit, hinc alia regula suppeditari non potest, quam hac, quod

(a) Descriptionem eorum ex LL. Romanis tradit Brissopius de verb. *fugit*, *verb.*, *furius*, & Caluinus, alias Kahl, in *lex. iurid. verb. furor.*

(b) In delictis regulariter non excusat ebrietas, si scilicet ultra arcessita est, vi Pufendorff. de off. hom. C' eius. l. 2. c. 1. §. 15. aliud ergo obtinet, si quis *insanus* ebrius factus, exemplo Noachi, Genes. 9. v. 21. & Lothi, Genes. 19. v. 32. seqq.

ad circumstantias respiciendum sit, utrum scilicet, tale judicium jam adsit, quod negotiis utiliter gerendis sufficiens est, vel non.

§. XI.

Quod euictio in contractibus oneris & gradus quidam diligentiae, interdum maior, interdum minor, prout negotiū beneficio proprius accedit, (a) vel non, a contrahentibus praestari debeat, hoc utique juris naturalis est, cum alias alter cum effectu non daret, aut ex beneficio suo damnum sentiret, quæ omnia socialitatem necessario turbarent. Specialia vero circa contractus in LL. Romanis occurrentia, v. g. quod merces & pretium præcise in pecunia numerata comiserere debeat: quod commodatum & mutuatione obiecti differant, &c. ea moribus gentium unice adscribi merentur. Gentes enim cuilibet negotio pro libitu monen imponere possunt.

§. XII.

Ergo cum modus contrahendi ignoretur a jure naturæ & cuiuslibet populi

H. dispo-

(a) v. g. si emtor post celebratum contractum emptionis-venditionis venditori adhuc ad tempus aliquod usum rei venditæ gratis concedit.

dispositioni relinquatur; non opus est, ut
in illo explicando hic prolixius sumus, sed
sufficiat hanc regulam generalem posuisse:
jus naturæ præcipit, omnes contrahens
et us & pari modo omnia fœdera, a per-
sonis habilibus celebrata, quoeverque mo-
do hoc factum fuerit seruari debere, ne
vincula socialitatis turbentur.

CAPUT IIX.

**DE EO, QUOD JUS NATURA
CIRCA RERUM PRETIA JUSTUM
ESSE STATUIT.**

CONTENTA HUJUS CAPITI.

Transgressio ad materialem de pretiis, §. I.
Pretium est vel vulgare, vel eminens, §. II.
Dividitur præterea in legale & arbitarium,
quius utriusque descriptio traditur, §. III.
Non obtinet modo adlata distinctio inter eos
qui in statu naturali vivunt, obtinet vero
ea, qua pretium distinguuntur in vulgare, sive
commune, & singulare, sive affectionis, quod
utrumque pretium describitur, §. IV. de of-
ficiis circa rerum pretia, quorum præcipuum
ne quis animo doloso maius pretium simulet,
quam qualitas illius rei postulat, §. V. in-
tuitu pretii legalis notatur præceptum, ne

admodum in dubio sit arbitrio quis

quis in statu cœnitatis iniusto emtore plus exigit, quam legislator constituit; aliud, si emtor sponte id faciat, ubi tamen iterum exceptio aliqua locum habet, §. VI. In statu naturali quilibet pro libitu pretium rei suæ determinare valet, dummodo dolas absit. Secundum jus naturæ contractus onerosus ex eo capite impugnari non potest, quod quis ulti dimidium tasus sit, §. VII. distinctio inter pretium commune & adfectionis usum in jure potius ciuili, quam naturali habet, §. LIX.

§. I.

Cum nulli fere contractus celebrari possint, in quibus non ad pretia rerum respiciatur, hinc merito præsens causa capiti præcedenti subiungitur. Dispositio quidem juris naturalis unico item præcepto includi potest, prout in §. ult. cap. præc. fecimus; sed cum tantissimæ species pretii ab eruditis tradantur, non inutile erit, ut potiores hic præmitiantur.

§. II.

Scilicet pretium est vel *vulgare*, cum quacunque res & opera inter se absque habitu respectu ad pecuniam numeratam conferuntur, quod præcipue tempore liberorum Adami & ante monetæ usum ob-

obtinebat, & hodie adhuc in permutatio-
ne & contractu facio, ut facias: vel ~~exp~~
~~mens~~, quod quasi omnium reliquarum re-
rum norma est, & in quo earum pretia
vulgaria virtualiter continentur, quod
post conditas respublicas & introducta
commercia coepit & in emtione-venditio-
ne ratione pretii, locatione-conductione
ratione mercedis, aliisque sibi libus con-
tractibus præcipue conspicitur.

§. III.

Alia diuisio pretii est in *legale* & *ar-
bitriam*. Prius vocatur quando sum-
ma potestas in qualibet republica certam
rerum estimationem determinat, quam
determinationem contrahentes ad eui-
tandas plurimas difficultates sequi tenen-
tur, qualis determinatio præcipue in re-
bus, quibus ad usum quotidianum indi-
gemus, v. g. pane, cereuisia, carnibus &c.
fieri solet. (4) Posterius dicitur, quando
quilibet rerum suarum dominus certum
illis pretium determinat, quod ipsum
pro diuersitate circumstantiarum admo-
dum variat. Ad augendum eiusmodi

pre-

(4) Alias enim innumerati contractus efficien-
te cibandi conf. infra §. VI. b. cap.

pretium facit subtilitas, raritas, fama artificis, & reliqua, (b) idque tam intuitu artium liberalium, quam illiberalium obseruit.

(b) De pretio *tuliparum*, quod a. 1637. maxime crescebat in Belgio, hæc habet Ulr. Huberius in *histor. cin. part. 3. l. 1. scil. 7. c. 4. ab init.* antequam pergamus, oportet obseruemus, anum præcedentem fuisse notabilem delirio quodam epidemicō, e luxu & protervia, quam pecunia, curus est proprium pati stultitiam, abundantia peperit in Hollandia. Nam inter omnium ordinum homines, breui, paucorum arte sine dubio, mediis tamen occultis, inualuit emulo-venditio *florum*, maxime *tuliparum*, in quibus negotiati sunt diuites & pauperes, rustici & nobiles, viri & mulieres, pueri & senes, liberi & serui, aurigæ, baiuli, nautes, caupones, stabularii, nulli non coimparabant tulipas & rursus distrahebant, mirantes pretium, quod ultra quam exigere auderent, accipiebant. Quas in principio pro uno vel duobus florenis tulipas emerant, has pro centum & amplius vendebant; constitit unam tulipam, cui generalissimo nomen, nongentis florenis esse venditam. Vigebat imprimis Amstelodami & Harlemi, estque constans opinio, in priori ciuitate plus centies centum florenorum millibus in tulipis esse permutatum. Mense octobri, post ultimam plantationem, capite sunt plantæ vendi, capitibus li-

cer

set in terra defossis, primo singulæ, deinde per hæbras, coronæ flauæ sic dictæ, primo constabant viginti & quod excederet, florenis, intra unum mensem vendi poterat libra pro mille ducentis florenis. Switseri tulipæ, primo 60. florenis in libram, deinde mille octingentis constabant. Aliae coronæ tribus millibus & sexcentis in libram florenis. Vigintiges dictæ pro sex millebus & septingentis. Ante hac abiucci in sterquilinium solitæ vendebantur quadraginta, quinquaginta, centrum & quinquaginta florenis. Atque hæc negotiatio in autumno chirographis, quia plantæ erant defossæ, non sicut ac alias pecunie in banca, quam vocant, tractabatur. Ordines Hollandiæ tandem per edictum, contractus super tulipis initos non quidem resciderunt, verum tamen in suspenso habuerunt; incerto, valituri essent, nec ne; breui enim transire oportuit hanc insaniam & data est a magistratibus opera, ut controværia super illis, post subitam pretiâ labem, quam minimò motu transigerentur: erat enim tantus eorum, qui contraxerant numerus, ut mirum sit, mutationem sine tumultu posuisse committi. Hæc res eodem tempore usum venit, quo calamitates belli germanicæ omnium aures animosque horrore implebant, unde concionatoribus egregia inuestiuæ in mores hominum perditos materia: et si nec ipsorum ordo delirii illius expers fuerat. In aliis fœderatorum nationibus, ubi tanta non erat nummorum abundantia, minus hac parte pecunie illum fuit.

§. IV,

S. IV.

Modo adlata distinctio quoad pretium *legale* inter eos, qui in statu naturali viuunt, locum non habet, quippe qui nullum Legislatorem hunianum agnoscunt. Ea autem, puz nunc ultimo loco sequitur, etiam in dicto statu naturali usum habere potest, scilicet aliud est pretium *vulgare*, siue *commune*, quod ab omnibus, vel saltem a plurimis in eodem loco, & eodem tempore viuentibus eodem modo determinari solet, si scilicet eadem rei qualitas adest, Modica tamen diserepantia & inaequalitas non attenditur. Aliud est pretium *singularare*, siue *affectionis*, quod ob certas circumstantias locum habet, v. g. si res ab amico singulariter dilectō, vel etiam a patrone profecta: si eius ope maximum periculum evasimus, v. g. equi in acie: si res ab illustri viro confecta &c. (a)

S. V.

Jam ad officia circa rerum pretia.
Ubi quidem circa omnes species hactenus

recen-

(a) Prētium affectionis ex voluptate oriens ne quidem, in iure civili non attendit, v. us
pract. ff. ad iur. de in lit. jnr. dist. II, doctrin. ff.
civl. cap. 5. lll.

recensitas id praeceptie obseruandum, ne quis animo doloso, & intentione, quidem reuera qualitas ipsius rei postulat. Qui secus facit, alterum ludit, & per consequens socialitatem atque pacem, vinculum illud humani generis, directo turbat atque interrupit.

de bula dicitur §. VI.

Intuitu pretii legalis scil. legitimi hoc praeceptum speciale notandum, quod ab iuncto emtore plus exiōere, etiamsi minimum sit, non liceat, quia legislatorita semel in gratiam emtoris constituit, jus nature autem praecepit; ut superiorum praecepta morem geramus. Quodsi vero emtor sponte plus dare velit, hoc ipsi utique licebit, quia suuori suo quilibet renunciare potest. Excioe nisi pretium magis ob publicam, quam priuatam emtoris utilitatem statutum, ne scilicet illud nimis intendatur. Quo pertinet, quod habet Pufend. de J. A. & G. lib. 5. c. 1. §. 2. is f. in ciuitatibus Graciaz receptum fuisse, ut venditores piscium sedero non deberent, sed stare, ut scilicet standi tardio latitudineque confecti, quam recensissimas & pretio aquo venderent.

§. VII.

§. VII.

Ceterum si dolus absit, de quo in §. V. diximus; quilibet in statu naturali pretium rei suæ pro lubitū determinare valet. Et licet hæc determinatio alteri mensuram justi excedere videatur, ille tamen non habet, de quo conqueratur, cum nemo eum ad eiusmodi rem pretiosam emendam obstringat, sed eandem suo domino relinquere possit. Ex quod simul consequitur, contractum onerosum secundum jus naturæ ex eo capite impugnari non posse, quod v. g. emitor ultra dimidium se lœsum esse dicat; quamuis enim reliqui omnes res suas, quæ eiusdem bonitatis cum mea sunt, pro dimidio & minori adhuc pretio vendere consuererint, illi tamen me pròpterea obligare non possunt, ut ego quoque idem rerum mearum pretium statuam, cum quilibet rerum suarum proprius sit moderator & arbiter. (a)

§. IX.

Quod distinctionem inter pretium ~~commune~~ & affectionis adtinet, ea in doctrina juris naturalis peculiarem usum

I

non

(a) Ita etiam alias habetur in l. 21. C. max. adas.

non inuenit, qui tamen in jure ciuilide prehenditur, (a) quoties alter rem nobis debitam præstare dolo malo recusat, qua de re ad tit. ff. de in litem jurando agi solet. Interim nec dicto jure ciuili hoc pretium affectionis consideratur, quoties de rescissione contractus ob læsionem enormem agitur, sed tunc determinatio unice juxta pretium commune fieri debet.

CAPUT IX.

DE OFFICIIS CIRCA SERMONEM ET JURAMENTA.

CONTENTA HUJUS CAPITIS.

Transgressio ad hanc materiam, cuius axioma generale traditur, §. I. vi huius axiomatis veritas præcipitur & mendacium prohibetur. De variis & variorum circa mendacium distinctionibus, & præcipue de differentia inter mendacium in specie & immutacionem veritatis in genere, §. II. supponitur, quod quidem in omni mendacio sit immutatio veritatis, non vero contra. Dicte

(a) Excepto casu, quem noramus ad §. IV.
Sub lit. a.

quomodo circa id procedendum sit, docetar, §. III. de obstetricibus Agyptiorum, medicis, aliisque, qui falsiloquio utuntur, non tamen peccant, §. IV. De simulatione & dissimulatione, quarum vel bonitas, vel turpitudo ex intentione agentis diuidicanda. Exemplum salvatoris bona intentione simulantis, §. V. De reservationibus mentalibus, quae licite, si alterum non ledunt: probibita, si alius exinde damnum sentiat, uti Jesuitarum reservationes mentales, §. VI. quaestio: an reo liceat, delictum contra veritatem negare? cuius negativa placet, §. VII. Hostibus ad veritatem dicendum obstricti non sumus. Hinc de stratagematibus. Aliud in inducit, §. II. de juramentis. Iuris natura circa ea praeceptum, §. IX. Eorum forma essentialis consistit in invocatione eius, quem juratus tamquam Deum colit. De differentia inter adiuvia juramenti, contestationem scilicet & obtestationem, addita descriptione, §. X. circa juramenta eadem, que circa alias promissiones supponenda. Exultare ergo debet dolus, nisi alterius, post cognitum dolum, ratabilitio denuo accesserit. De Iesua & juramento Gibeonitis prestata, §. XI. de juramento per vim metuique extorto. Moralibus nonnullorumque DD:

juris Romani opinio de promissione per juramentum Deo facta eliditur, §. XII. Juramentum circa rem licitam versari debet; de Herode qui ob praefitum juramentum se se obligatum esse putabat, ut Johannes capite truncaretur, §. XIII. juramentum remittere potest ille, in cuius favorem juratum est, nequit autem princeps juramentum alteri praefitum, §. XIV.

§. I.

CUm præter pacta & conuentiones etiam in quotidiana conuersatione sermone utamur; hinc proximum nunc est, ut præcepta juris naturæ huius verum usum determinantia breuiter perlustremus. Omnia autem ad hoc generale axioma referri posse videntur: ita scilicet sermone utendum esse, ne in alterius præiudicium ille tendat, & sic socialitas eo ipso turbetur. (a)

(a) Profuit hoc axioma euidentissime ex principio cognoscendi voluntatem diuinam, ex solo lumine rationis, de quo supra cap. IV. egimus. Ex sacris litteris, inquit Pufendorffius de V. N. & G. l. 4. c. 1. §. 3. plerisque christianorum est persuasum, priuilegiam linguam a Numinе primis hominibus immediate fuisse insu-

fam

sam, quam ex ipsis geniti dein usu audiendi ad-didicerint. Diuersitatem autem linguarum per miraculum prouenisse, dum mortales inuiti Deo turrim Babyloniam moliebantur, Mornæus *de verit. relig. christian. c. 26.* Adponamus integrum locum ex *genes. 11. vers. 1. usque ad vers. 9. inclus.* Quum autem uniuersus terrarum orbis eodem sermone atque oratione uteretur, cum illi ab oriente discederent, nacti sunt quendam campum in terra Sanaara, ubi com-morati ceperunt inuicem cohortari, ut late-res facerent, coquerentque, quibus pro lapidi-bus, & bitumine pro arenato usi, institue-runt urbem ædificate, & turrim, quæ fastigio cœlum adtingeret, ut sibi famam pararent, antequam per omnes terrarum tractus disperge-rentur. Ad illam urbem & turrim, quæ ab hominum genere construebatur, visendum de-scendit Joua. Sic enim dicebat: en populus unus, qui eodem sermone cunctus uritur, hæc audet facere, nihil jam erit, quod conantes non efficiant. Age jam, descendamus, & ibi eorum sermonem ita confundamus, ut alii aliorum orationem non intelligant. Itaque eos illinc per omnes terras dissipauit: ita urbis omissa constructio est. Ex quo Babylon nominata fuit, quia ibi confudit Joua omnium mortalium linguas & indidem eos in omnes terrarum régio-nes disiecit. Excerpsimus hæc ex Sebastiani Ca-talacionis interpretatione.

Hodie, ut recte addit Pufendorffius *loc. cit.*
§. 4. manifestum est, vim, determinate hoc, vel

illud significandi, id est, certam in animo ideam excitandi, vocabulis non inesse a natura (unde non datur eine Natur-Sprache) aut initia-
seca quapiam necessitate, sed ex meo hominum arbitrio atque instituto. Clarius adhuc s.s. ita: quod nominum impositionem comitetur *racita quedam*, aut *expressa conuentio & pactum*, cuius vi necessum sit, ad hanc & non aliam rem no-
tandam ista signa adhiberi. Pactum illud inter-
cedit inter integrum populum. Ergo ab omni-
bus & singulis est seruandum, alias læderetur
alii & socialitas turbaretur, quia diuersa nomi-
na diuersam rei qualitatem innuunt. Pertinet
hoc proprie ad nomina *adpellativa*, non vero ad
propria, quæ quilibet priuatus & personis & re-
bus imponit, & quæ tamen ipsam qualitatem
diuersam necessario non indicant. Non vitia-
tur ergo negotium, licet quis alio nomine usus
sit, quam quo alias uti consuevit. Pertinet huc
I. 4. pr. ff. de legat. 1. ubi Ulpianus: si quis in
fundi vocabulo errauit, & Cornelianum pro
Semproniano nominauit; debebitur Sempronia-
mus; sed, si in corpore errabit, non debebitur.
Quod si quis, cum vellat vestem legare, suppel-
lectilem adscripsit, dum pura suppellectilis ad-
pellatione vestem contineri: Pomponius scripsit,
vestem non deberi: quemadmodum si quis pu-
ret, auri adpellatione electrum, vel aurichal-
cum contineti, vel, (quod est stultius,) vestis
adpellatione etiam argentum contineri. *Rerum
enim vocabula immutabilia sunt: hominum mu-
tabilia.* Celsus quoque *I. 7. pr. ff. de suppedita
leg.*

§. II.

Præcipitur ergo veritas & prohibetur mendacium, sed quid sit mendacium? de eo nondum inter omnes conuenit. Multi, tam theologi, quam philosophi, hoc duo synonyma esse existimant, *mendacium & immutationem veritatis*, & simul, quia deprehendunt, occurtere nonnulla exempla tam in historia sacra, quam profana, quæ sine absurditate pro mendaciis haberi non possunt, quamvis immutatio veritatis adfit; distinctionem inter mendacium *officiosum, jocosum, & pernici- sum* inuenierunt. (a)

I 4

§. III.

leg. Labeo ait, originem fuisse suppellestilis, quod olim his, qui in legationem proficiscerentur, locari solerent, quæ sub pellibus usui fo- scerat. In materia de conventionibus Ulpianus in *L. 32. ff. de V. O.* ita adserit: si in nomine serui, quem stipularemus dati, erratum fuisset, cum de corpore constitisset: placet stipulationem va- lere.

(a) Adam Spenglerus in *exercit. et bic. exer- cit. 10. t. 1. n. 5. seqq.* hæc omnia ita exponit: mendacium vulgo est duplex, vel proprie di- stinctum, quod rursus est duplex, *officiosum & joco- sum*. *Officiosum* est, quod sit sine intentione quemvis ledendi ob honestam & justam causam, *occule-*

§. III.

Ut hosce scopulos euitemus, supponi debet, verum quidem esse, quod in omni mendacio immutatio veritatis adsit; sed hanc tamen propositionem simpliciter conuerti non posse, cum quædam immutatio veritatis sit mendacium, quædam non, unde ita dicendum; ubiunque immutatio veritatis adest, *tendens in damnum tertii*, ibi est mendacium: ubique autem intentio nocendi deficit, ibi deficit quoque mendacium, & immutatio veritatis *falsoquium* solummodo vocatur. (a)

§. IV.

occultatione rerum, quas dicere & reuelare nec est necessarium, nec justum, nec utile. Officium dicitur, quia officiose dilectioni Dei & proximi inseruit, adeoque, quia manifestatio eius dilectionem Dei & proximi offenderet. *Focosum* est, cum false & lepide delectationis caussa, circa tamen ullius perniciem, fingimur ea, quæ non sunt. Mendacium *perniciosum* est, quando studio nocendi veritatem occultamus.

(a) Eodem modo in jure *falsum*, quod non est delictum, & *crimen falsi*, quod tale est, sibi contradistinguuntur. De criminis falsi plurimæ exempla habentur in l. i. f. eqq. ff. de l. Cornel. de fals. Egregius locus huc pertinens est in l. iii. C. de monat. nem. ubi imperatores Dioclet. & Maxim.

§. IV.

Hoc supposito, de diuersis casibus facili negotio judicium ferri potest. Non peccarunt scilicet obstetrices Ægyptiorum, falsa excusatione apud Pharaonem utentes, quare filios Hebraeorum non interfecerint : (a) Non peccat medicus,

I 5

qui

Maxim. ita : sicut in initio nominis, cognomini, prænominis recognoscendi singulos impositio libera est priuatis : ita eorum mutatio innocentibus periculosa non est. Mutare itaque nomen, vel prænomen, (sive cognomen,) siue aliqua fraude licito jure, si liber es, secundum ea, quæ (sæpe) statuta sunt, minime prohibitis: nullo ex hoc præiudicio futuro.

Quando verba cum animi sensis cenueniantur : vocatur *veritas ethica* & ei opponitur *mendacium*. Quando autem cum illis sensis conueniuntur, non tamen cum ipsa re: tunc juxta veterum stilum *mendacium* quidem *quis dicit*, non vero *mentitur*. Deficit saltem *veritas logica*.

(a) Verba huc pertinentia reperiuntur Exod. 1. 1., v. 15. neque ad 22. suntque sequentia : tunc autem rex Ægypti Hebrearum obstetricibus (quarum uni Siphra, alteri Phua nomen erat) mandauit, ut Hebreis mulieribus obstetricando, in ipso enixa, si animaduerterent, males esse, necarent : sin feminas, conseruent.

Sed

qui medicamenta amara ad sanitatem recuperandam conducentia pro dulcibus venditat: non peccat, qui jucundum aliquid singit, eum in finem, ut nimiam alterius tristitiam quodammodo immannuat: non pecco, si ex me queras, utrum uxorem ducere, vel aedes emere velim,

&

Sed obstetrics Deum veritatem, regi dicto audientes non erant, puerosque conseruabant. Quumque eas euocasset rex Aegypti, & ex eis quesiuisset, cur ita pueros conseruarent? responderunt, multum differre inter Hebreas mulieres & Aegyptias: illas enim viridas esse, & antequam ad sit obstetrix, parere. Itaque & Deus obstetricibus benefecit, & populus crescebat, multumque inualescebat, atque ita siebat, ut eis Deus per illam *obstetricum pietatem* familias pararet. Aliud exemplum falsiloquii huc pertinens, de Abramo intuitu Sarai inuenitur Genes. cap. 12. vers. 11. usque ad vers. 19. inclus. Video, inquit Abramus, te, Saraim, mulierem esse formosam; quod si de viderint Aegyptii, & intellectum fuerit, meam esse coniugem, me interficiant, te incolumi. Quamobrem dico, te meam esse sororem, ut tua causa atque opera meae utilitati salutique consulatur. Ergo ubi peruenit Abramus in Aegyptum, & viderunt Aegyptii, mulierem formam esse tam eleganti, vi-

samque

* ego negatiue respondeam , licet contrarium in animo sentiam , si modo tu intuitu horum negotiorum nullum interesse praetendere potes , & quæ sunt eiusmodi plura alia . Et hoc ipsum falsiologum nihil aliud est , quam dolus , quem JCti bonum appellare consuerunt . Per-

tinent

samque etiam Pharaonis proceres apud Pharaonem laudauerunt , accersita mulier est domum Pharaonis : qui eius caussis Abramum ipsum beneficiis prosecutus , cum ouibus , capris , bubus , asinis , seruis , ancillis , asinabus & camelis donauit . Sed cum magnis a Joua cladibus , propter Saraim Abramij coniugem , Pharaon eiusque domus , adficeretur : Abramum euocat , & apud eum verbis expostulat , quod suam esse coniugem ipsi non indicasset : & quod sororem dicendo in causa fuisse , ut ipse eam sibi in matrimonium copularet . Sed tamen nunc suam sibi uxorem haberet , & abiret .

Simile exemplum de Isaaco Geraris habitante intuitu Rebeccæ uxoris formosæ habetur Genes . c . 26 . v . 7 . seqq . add . Zieglerus in not . ad Grot . de J . B . C P . l . 3 . c . 1 .

Quid hic Brunnemannus in jur . eccles . l . 1 . c . 6 . h . 22 . ita vero ille a reliquis dissentiens : sape , inquir , audiui regulas viræ ex exemplis sanctorum male probari , v . g . est quæstio apud theologos & JCtos , an mendacium , quod in nullius

tinent ad hoc caput etiam *regula prudenter & cautela*, prout JCti vocant, quando mihi licito modo prospicio, alteri autem non noceo. Prodiit a. MDLXXV. Francofurti: tractatus cautelarum auctoribus atque collectoribus: Bartolomæo Cœpolla

nullius damnum, sed potius commodum alicuius cedit, sit peccatum? ubi sententia Augustini a plerisque laudata, quod firmanda sit quaestio. Sed nonnulli defendunt talia mendacia, ut vocant *officiosa*, & utuntur exemplis obstetricum Ægyptiacarum, quarum factum videtur laudari & aliis. Sed respondere soleo, s̄epe laudari factum secundum quid, sicut Saluator noster factum, injusti dispensatoris laudauit, scilicet prouidam curam, non factum improbum, nec corruptionem hæreditiarum tabularum, l. 18. pr. ff. fam. berc. Et sane non dubito, dicendum esse, nullum factum sanctorum (excep[ro] Saluatoris facto) in scriptura ex aſſe laudari. Omnibus enim adhæret aliqua infirmitas. Nota est phrasis B. Lutheri, justum in omni opere bono peccare; quo purior est hominis quid agentis intentio, eo melius est factum, vel opus. Ideoque ex factis sanctorum pro rectitudine operis omnimoda, non potest firmum argumentum sumi. Obstetricum factum placuit Deo, quia Deo magis obediebant, quam regi injusta imperanti; quia dilexerunt Israélitas & infantorum

polla Veronense. Thoma Ferrato de Aduocatis, Brixense. Joanne de Arnono Salernitano; Jo. Dilecto Durante Gualtense. M. Ant. Blanco Patauino. Raimundo Pio Fichardo Francofortense. Jo. F. cum praefatione, de recto atque vero

tum vita parcebant, licet falsiloquium non potuerit placere. Sed, quia aliam viam non poterant inuenire, qua sibi ac Israelitis consulere possent, hoc medium adprehendetunt, quod in ipsis excusari potest. Hoc exemplo proferri solito declarabo: *latrones a me querunt, an is, cuius vitam petunt, sit in meis aedibus?* queritur, quid agendum? si nihil respondeam, res suspecta videbitur latronibus; si indirecte respondeam, vel ambigue, v. g. me nescire, in quo loco sit, scilicet in proprio & in quo angulo sit, videretur esse æquiuocatio, a nostris etiam improbata. Ergo, inquiunt, dicendum esse, non esse eum in aedibus meis. Sed infirmum hoc argumentum. Nam si mendacia officiosa jam publice & consensu publico probentur, id procul dubio latrones & tyranni scient; quid, si ergo non contenti sint negatiua mea, sed requirant etiam juramentum. Ergo periurium etiam officiosum dabitur? non certe. Dixerim, istis casibus excusandum esse mendacium, tamquam ex defectu alterius medii, quo salus hominis peccati expediti posset, ex quo tamen non sequitur,

Hinc

vero cautelarum usu, & earundem utilitate, clariss. JC. Jo. Fichardi Francofurtensis. Ex recentioribus notus est Samuel Strykius, qui edidit *cautelas contrarium, testamentorum & juramentorum*.

§. V.

illud ab omni labore liberum esse. Ideoque pastores non sint faciles in factis sanctorum probandis, sed omnia expendant secundum trutnam legis diuinæ. Neque tamen ex infirmitatibus facienda peccata regnantia &c.

Ad hæc omnia nos pauca monebimus. Nihil ex sanctorum exemplis probamus, sed ex principio cognoscendi voluntatem dittinam. Non statuimus mendacia officiosa, Ambitus & lügen / contradic̄tio enim in adiecto aedesset. Factum obstetricum Ægyptiacarum non laudatur secundum quid in sacra scriptura, sed absolute. Ponderentur saltem verbâ, quæ supra adduximus, ibi: *obstetrics Deum veritatem: Deus obstetricibus benefecit: ut eis Deus per illam obstetricium protectionem familias pararet.* Saluator iniusti dispensatoris factum improbum plane non laudauit, sed hoc saltem dixit, *quod buiis seculi honestes sunt in suo genere (quod genus neutiquam laudat,) prudentiores, (putant enim, se esse prudentes, quamvis astuti sint,) quam honestes tunc, Luc. 16. v. 8.* Litteres non habent jus & hinc ego quoque ipsis non sum obligatus, ut iis dicam, ubinam sit is, cultus vitam pertinet. Non datur

§. V.

Eadem est ratio *simulationis* & *dissimulationis*. Quamuis enim & hic non pauci deprehendantur, qui ex erroneis principiis & maiorum suorum auctoritatibus omnem simulationem & dissimulationem pro peccato reputent; bonitas tamen & turpitudo hic non minus, quam in *casu praecedente* ex intentione agentis diiudicanda erit. Ipse Saluator noster simulabat, se longius ire velle, ubi cum duobus discipulis ad vicum Emaus proficisciebatur, *Luc. XIV. v. 28.* & tamen is omni labore expers erat. (a)

§. VI.

datur mendacium officiosum, ergo multo minus perjurium officiosum. Quod ex infirmitatibus non sint facienda peccata regnantia: de eo est nulla controuersia.

(a) De *Davidis* simulato fure v. *1. Reg. 21. u. 11. seqq.* ibi: tum (Dauid) illinc (Noba) dixegressus ut Saulem effugeret, ad Achim Gethæ regem se contulit. Sed cum dictitarent apud Achim ipsis stipatores, hunc esse regem teres Davidem, hunc esse cui per choras accantatum foret illud: Saulus mille, decem superagis millia David. Hæc verba Dauid in animo suo versans, & sibi ab Achi Gethæ rege permetentes, gemitum mutuant apud eos, & scutisiam inter

§. VI.

Quid de reseruationibus mentalibus statuendum sit, illud ex adductis simul jam patet. Pro licitis haberi possunt, si per eas nemo laedatur, nec ego ad iudicandam rei veritatem alteri jure perfecto obstrictus sum. Detestanda sunt, si iisdem ad decipiendos alios utamur, quale quid Jesuitarum genti imputari solet, v. g. si quis interrogatur: an sit clericus? & ille respondeat, non, cum hac reseruatione, scilicet, ut tibi hoc indicem. Item: huc non transiit delinquens, scilicet, per manicam meam. Item: non habeo pecuniam, scilicet ut eandem tibi persoluam &c. qua de re Ludov. Montaltius *in litter. prouinc.* (a) videri potest, add. Pufend. *de J. N. & G.* lib. 4. c. 1. §. 14.

inter eorum manus *simulans*, in portæ ostio pingebat, saliuamque in barbam suam deliquabat. Tum Achis suos alloquitur: en inquit, videtis hominem insanum esse, cur eum mihi adduxistis? adeone insanis careo. ut hunc mihi adduxeritis, qui apud me insaniret? hiccine, ut in familiam meam veniat? Plura habet Zieglerus *in not. ad Grot. de f. B. & P. l. 3. c. 1. §. 17.* ubi simul ipse Grotius conferendus.

(a) *Præcipue epist. 9. Autor se vocat Ludovicus*

CHM

cum Montaltium, verum autem illius nomen est: *Blasius Pascal*, Theologus & Mathematicus Parisiensis. Damnatæ sunt hæ litteræ Parisiis ao. 1690. iunctu Jesuitarum. Notas ad eas editit. *Petrus Nicole*, Theologus itidem Parisiensis sub nomine *Wilhelmi Wendrockii*, Salisburgensis Theologi, & disquisitiones sub nomine *Pauli Irenæi*. Vera nomina metuebant iram adversariorum. Litteræ, vel epistolæ prouinciales primum in lingua Gallica prodierunt, sed a Wendrockio sic dicto in latinam conuersæ. Omnia coniunctim etiam Helmestadii a. 1664. impressa sunt cura viri sumini, Hernianni Contingii.

Ut ies eo melius intelligi possit, ex cit. epist. 9. sequentia excerptemus: nunc illa, inquit pater, quem adducit Montaltius, in medium adferenda, quæ solerter excogitauimus, ut facilius peccata tum in sermonis usu, tum in contrahendis rebus vitentur. In quo nihil difficilius ac perplexius, quam mendacium effugere, præsertim, cum aliquid falsi persuadere velis. Huc vero mirabiles utilitates adfert nostra de æquiuocis-doctrina, quam Sanctius noster sic explicat p. 2. lib. 3. cap. 6. num. 13. Prima regula, inquit, quoties verba sunt significatione sua ambigua, pluresque sensus adniuentia, nullum est mendacium, ea proferre in sensu, quem proferens ex illis vult & concipit, etsi audientes ac is, qui juratur, in alio sensu accipient, etsi nulla justa causa ducatur proferens. Istuc quidem, inquam artificium jam noueram. Sic

K

nos

nos illud, inquit, euulgauimus, ut nemini jam sit incognitum: at, ubi verba æquiuoca non suppetunt, scin, quid factò opus sit? neutquam vero, inquam. Equidem, ait, tametsi nullus dices, facile suspicabar; nam id nouum & vulgo ignorant. Hæc illa est restrictionum mentalium calliditas, quam subiungit Sanctius his verbis: possunt quoque absque mendacio ea verba usurpari, etiam si ex sua significatione non sint ambigua, nec eum sensum verum admittant ex se, nec ex circumstantiis occurrentibus; sed tantum verum sensum reddant ex aliquo additione mente; ut si quis vel solus, vel coram aliis interrogatus, siue propria sponte, siue recreationis causa, siue quoquis alio fine juret, se non fecisse aliquid, quod re vera fecit, intelligendo intra se aliquid aliud, quod non fecit, vel aliam diem, ab ea in qua fecit, vel quodvis aliud additum verum, re vera non mentitur, nec est periurus; sed tantum non dicit unam veritatem determinatam, quam audientes concipiunt, ac verba illa significant; sed aliam veritatem disparatam. Eiusmodi restrictionum varia deinde subiicit exempla & in primis illud *num. 26.* Licebit reo non juridice interrogato respondere; se non occidisse Petrum, intelligendo alium eiusdem nominis, vel etiam cundemmet, intelligendo antequam nasceretur. Hanc vero calliditatem utilissimam dicit esse Sanctius, ad regenda multa, quæ regere opus est, nec regi absque mendacio possent, nisi modus hic esset licitus. Causam vero, hac utendi justam esse pronun-

mittiat, quoties necessarium aut utile est ad salutem corporis, honorem, res familiares tuerenda, vel ad quemlibet virtutis actum; ita ut veritatis occultatio censeatur tunc expediens & studiosa. Hic ego: quid est, mi pater, si non hoc mendacium: immo, quid est, si non hoc perjurium: nec mendacium, inquit, nec perjurium est. Docte hoc probat Sanctius, & noster item Filiutius *tr. 25. c. 11. n. 331.* Quia, inquit, intentio discernit actionem. Quin etiam *n. 328.* vitandi mendacii cautores tradit industrias. Quare, inquit, qua cautela utendum sit amphilogia. Resp. ut recte amphilogia concipiatur, assignari possunt duo modi pro personis judicio praeditis: primum est, habere intentionem proferendi verba externa materialiter, & ad maiorem securitatem cum incipit v. g. dicere juro, interponere submisse restrictionem mentalem, me hodie, deinde addere alta voce, non comedisse rem illam: vel juro, & interponere, me dicere, tum absoluere alta item voce, quod non feci, hoc vel illud. Sic enim verissima est oratio tua. Apparet inquam: at duotamen quædam vereor: primum, ne isto artificio id unum assequamur ut verum summissa voce dicamus clara mentiamur: alterum, ne multi non satis apud se sint, ut illis methodis possint uti. His, inquit, qui restrictiones mentales ad manum non haberent, sapienter a nostris patribus prospectum est, ut ex his, quæ subiicit Filiutius disci potest. Pro rudibus, inquit, qui nesciunt in particulari concipere am-

philologiam, satis est, si habeant intentionem affirmandi vel negandi in sensu, qui contineat re ipsa veritatem, ad quod necesse est, ut saltem in uniuersale sciant, se posse negare in aliquo vero sensu. Potesne mihi verum dicere? Nonne impeditus saepe ac perplexus fuisti, quod illius doctrinæ cognitione carueris; certe mi pater. Age, nonne hoc etiam dabis percommode fore, si nonnunquam obstrictæ fidei tutæ conscientia deesse liceat. Siquidem id fieri possit, inquam, nil commodius. Audi igitur, inquit, Escobarium tr. 3. ex. 3. n. 48. Expende, quomodo promissio obliget, quandonam minime obligare videatur. Non obligat, si non habuisti animum te obligandi, sed solum proposuisti facere: vix autem quis promittentium obligari intendit, nisi juret, aut instrumento stabiliat. Itaque, cum dicunt, faciam, intelligunt se facturos nisi mutentur. Volunt enim libertate sua frui. Alias deinde non implendi promissi vias subiicit, quas tu priuatim consulere potes: mox in clausula hæc omnia ex Molina & aliis ducta esse subnecit. Enimvero, mi pater, eam vim dirigendæ intentionis methodo inesse non rebar, ut etiam promissa rescinderet. Cernis, inquit, quantas & vita ac negotiis difficultates tollat hæc methodus: at nihil scito nobis laboriosum magis fuisse, quam colloquii virorum cum fœminis leges ponere. Nam in pudicitia ratione nostri cauti valde & restricti sunt: & tamen etiam in hac materia nonnullas habent sentias satis remissas; nec minus curiosas, in eo-

§. VII.

Utrum reo liceat, delictum quod ipsi imputatur, contra veritatem negare, aut fictis argumentis eludere, anceps apud DD. morales est quæstio. Pufendorffius *d. l. cit. §. 20.* pro adfirmatiua pugnat, sed negatiuam amplectitur Dn. Thomasius *Jurispr. diu. l. 2. c. 7. §. 85. & 86. seqq.* quæ & nobis placet. Sine dubio enim judex jus perfectum habet, ut veritatem a reo exigere possit, ergo & in reo obligatio perfecta erit, veritatem dicendi. Et qui jam per delictum suum socialitatem læsit, ille sine dubio eandem ulterius læderet, si hac ratione debitam satisfactionem rei publicæ subtrahere niteretur.

K 3

§. IX.

rum præcipue gratiam, qui uxorem vel duxerunt, vel desponderunt. Hic pater istarum quæstiōnum exempla tam spurca, tam pecude potius, quam homine digna subiecit ut nihil singi possit obscenius: tot autem mihi ingessit ut facile pluribus literis implendis possint sufficere. At nos ne ipsa quidem annotabimus loca: literas enim nostras cum tu omnibus promiscue communes, metuo, ne quis eorum qui solam in ipsis rebus voluptatem sequuntur, hinc arrepta occasione ipsos, quod nolim, adeant libros, ac tali lectione animos commaculent.

§. IIX.

Ceterum ad veritatem dicendam tamdiu saltēm obligamur, quamdiu in statu pacato viuimus. Hostes enim, qui vincula socialitatis fregerunt, jus perfectum non amplius habent, vi cuius veritatem a nobis extorquere possunt. Ex quo sequitur, stratagematibus aduersus hostes omnino uti licere. Quem enim vi aperta prosternere licet, eum sine dubio etiam fictis sermonibus eludere licet. Quodsi tamen vel per inducias, vel per pacem ex statu bellico ad statum socialem iterum transimus, tunc omnes ficti sermones penitus exulare debent.

§. IX.

Eadem, quæ hactenus de sermone in genere diximus, nunc porro ad materiam juramentorum applicari possunt. Scilicet, juris naturæ præceptum est, ne quis sub prætextu fidei juramenti alterum decipere studeat, sed ut e contrario omnia fideliter & sincere impleat, de quibus juratum est, alias enim socialitatem violaret,

§. X:

Juxta mores omnium fere gentium forma essentialis juramentorum in inuocatio-

catione eius consistit , quem tanquam Deum juraturus colit , & quem proinde non solum ut testem omniscium veritatis, sed simul quoque ut omnipotentem vindicem mendacii , si quod prolatus est, inuocat. Unde eruditii differentiam inter adfinia juramenti , contestationem , & obtestationem deriuant. Scilicet obtestationem vocant , quando quis alterum nominato Deo , vel alia re maxime verenda , de veritate dicenda obsecrat. Sic Archisacerdos Christum obtestabatur Matth. cap. 26. v. 63. & Josua Achani. Jos. cap. 7. v. 19. & nostri Judices communiter obtestantur inquisitos. Sie sollen Gott und dem Richter die Ehre geben/ und die Wahrheit bekennen. Contesta-
tio est , quando quis non quidem Deum , sed aliam tamen rem gratissimam nominat , & non minus veritatem verbis suis inesse dicit , quam quidem illa res no-
minata ab ipso diligitur , quo pertinet contestatio Josephi per vitam Pharaonis , Genes. 42. v. 15. & 16. Elisæ per vitam Eliæ 2. Reg. 2. v. 2. Huc referendæ etiam adseuerationes, benj Fürstl. wahren Wor-
ten / benj Caualiers-parole , item Quake-
rorum formula : benj Mannen und Wor-
ten/

ten / v. us. praet. distinct. jurid. ad tit. ff.
de jure iurando, dist. XV. & ipsam doctrin. ff.
ead. tit. §. II.

§. XI.

Interim ut juramentum vim suam exerat, omnia illa iterum supponi debent, quæ in materia de promissionibus in genere supposuimus. Ergo si quis dolo malo me ad juramentum præstandum adigit, nulla exinde intuitu mei oritur obligatio, nec alteri exinde actio acquiritur, ne ex malitia sua lucrum habeat. Exceptio est, nisi detecto dolo deceptus promissionem suam juratam sponte rati habeat. Erga Josua & Israelitæ ad juramentum Gibeonitis præstitum, seruandum non fuissent obstricti, nisi talis rati habitio comperto dolo adcessisset, v. *Jos.* cap. 9. v. 16. seqq. Postquam autem hæc adcesserat, & deinde Saul nihilominus fidem datam frangebat, Deus periurium jure merito puniebat, 2. *Sam.* 21. v. 1. & 2.

§. XII.

Quodsi juramentum per vim metumque extortum fuerit, tunc itidem nullum producit effectum. Opinio Moralistarum & nonnullorum DD. juris romanii,

mani, acsi Deo aliquid promittatur, & propterea juramentum seruari debeat, maximam profecto absurditatem sapit, Deus enim ut testis inuocatur, at vero testi nunquam aliquid promittitur. Et posito, quod Deo aliquid promittatur, quis præsumeret, Deum hoc promissum in fauorem scelerati hominis esse acceptaturum, & propterea officium justi vindicis exercitatum fore. (a)

K 5

§. XIII.

(a) Ne singulares opiniones fouere videamus, sequentia ex Zieglero, JCto Wittebergensi, in *not. ad Grot. l. 2. c. 13. §. 12.* adponamus.

Primus locus est de juramento *per falsos deos* præstito. Juramentum, inquit, tale non obligat ex se, nec est verum juramentum, quia non inuocatur Deus verus in testem, nec obligatio ejus ad religionem, aut pietatem vere pertinet, cum in veri Dei contumeliam tendat, & actum idololatricum contineat. Obligat tamen ideo, quia proficitur ex conscientia eritanea. Nec sicut sub ratione periurii Deus istud in iniuriam suam interpretatur, si per falsos Deos peieratum sit. Duarenus permittit quidem, deferri juramentum gentili, aut Mahomedano, sed non adserit, sanctos etiam ita jurare posse. Nec video, qui reprehendi possit *Sententia Duareni*, cum ipse Augustinus, quem hic

hic in partes vocat Grotius , distinguat inter juramenta qua talia , & qua idololatrica . Ex quo conficiunt aliqui , exigi tale juramentum posse , non tamen præfigi , ut juret per falsos Deos , aut , ut tale , vel tale idolum nominet , ad quod sciret maiorem eum religione teneri , sed , ut in geperc religiose juret , etiamsi non ignoret , eum id facturum non sine idololatria , Dannhaueri *Disp. Decalog. 7. §. 2.* Quia si perpendantur omnia , & in primis , quod per juramentum idololatticum euersio tum ecclesiæ , tum politie evitari possit , conuerti autem ad verum Deum de præsenti non possit idololatra , cum quo res est , etiam idololaticum juramentum exigi per principem christianum posse , absolum non viderur .

Alter locus est de distinctione *inter juramentum & votum.* Juramentum , inquit , voti nomine nuncupatur , quatenus in utroque intenditur cultus Dei , & ex divino jure aliqua obligatio producitur . Sed , pergit , differunt tamen haec a se inuicem . In *voto* enim cultus diuinus intenditur per promissionem , quando scilicet homo Deo aliquid obseruandum promittit , e. g. dare eleemosynas , seruare castitatem ; unde eius obligatio descendit ex fidelitate per promissionem Deo factam ; in juramento vero Deo nihil promittitur , sed nomen tantum eius ad promissionem confirmandam adsumitur & inuocatur , adeoque obligatio eius non ex quadam fidelitate , sed solum reuerentia diuini nominis , quam homo ipsi exhibere tenetur , causatur , Frantz. 2. resol. 1. n. 24. 25.

(4) Co-

§. XIII.

Illud quoque patet, omne juramentum super *re licita* præstari debere. Quemadmodum enim nuda promissio in præiudicium tertii tendens promittentem non obligat: ita nec juramentum tanquam accessorium aliquod. Peccat sine dubio, qui super eiusmodi re juramentum interponit; sed dupliciter peccaret, si illud juramentum in actum deducere, & sic per illud tanquam vinculum iniquitatis socialitatem lacerare vellet. Male ergo faciebat Herodes, dum ob præstitum juramentum Johannem Baptistam capite truncare jubebat *Marc. 6. v. 20. seqq. (a)*

§. XIV.

Quemadmodum vero quilibet juri, quod ex promissione alterius habet, renunciare potest; ita quoque juramentum remittere valet ille, in cuius favorem juratum est. E contrario autem, sicut princeps jus quæsumum nemini, ipso inuito, auferre potest, ita quoque juramentum alteri præstitum remittere propitia

(a) Cogitandum hic quoque de jureiurando, quod Israelitæ in odium Beniamitarum præstiterant *judic. c. ult.*

pitia justitia nequit. Et ipse qui per processus circa juramentum dispensationem in præiudicium alterius impetrat, propterea a nota periurii non excusatur; De cetero quoad hanc materiam vid. Uffelmannum in tr. de oblig. b. m. qua ex sermone oritur.

CAPUT X.

DE SOCIETATE CONJUGALI.

CONTENTA HUJUS CAPITIS.

Transgressio ab officiis hominum generalibus & communibus, ad societas particulares & speciales, quarum prima, societas coniugalis tamquam reliquarum fundatum, §. I. definitur, quid coniugiam & matrimonium sit, non solum ex moribus plerorumque gentium, sed etiam ex mente Christianorum Romanorum, §. II. questio prima, an aliquis ex precepto juris natura ad ineundum matrimonium obstrictus sit, ad quam secundum duos diversos casus respondetur. De principibus, qui militibus, quandoque etiam schoola ministris coniugia interdicunt, §. III. vota calibatus juri natura non contrariantur, modo voventibus libertas relinquatur, aliam vitam deinde rursus eligendi,

de, §. IV. circa consensum in matrimonio eadem occurunt, quae in consensu intuitu contractuum. Metus atrox & dolas matrimonium impedit, non habito respectu, an dolas sit circa accidentalia, an vero circa substantialia, §. V. de errore, qui & hic erranti nocet. Aliud tamen obtinet, si quis defloratam pro virgine duxerit, vel si in sexu, aut generandi potentia erratum fuerit, §. VI. ratione personarum ergo requiritur, ut sint diversi sexus & ad generationem idonea. Inde judicatur de eunuchis & orientalibus & occidentalibus, §. VII. aliter sese res habet cum spadonibus, berilibus, senibus ac vetulis, ubi aliqua semper generandi spes superstet. De matrimonio in ultimo articulo mortis contracto, §. IIX. secundum regulas juris naturae alterum coniugum ab altero in vita recedere non posse statuitur, aliter tamen sentiendum, si uterque consenserit, §. IX. sola ratio mariti imperium in uxorem ignorat, nisi pactum speciale adcesserit, §. X. quaestio tractatur: an polygamia sit contra ius naturae? circa quam questionem distinguitur inter polygamiam virilem & muliebrem, §. XI. Polygamiam virilem ratio fabi relictâ non impugnat. Ad dubia quedam respondetur, §. XII. idem statuitur circa polygamiam muliebrem,

librem, quamquam in hac plures metuendas esse rixas non diffidendum, §. XIII. ratione consanguinitatis censetur, ex sola ratione non posse cognosci, quod matrimonium inter adscendentibus, descendentes, vel conlaterales etiam primi gradus sit interdictum. Argumenta a pudore &c. desumpta pro incertis habenda, §. XIV. concubitus libidinis explenda causa susceptus non quidem in iure naturae indistincte improbatur, sed tamen in sacra scriptura, §. XV.

§ I.

Explicauimus hactenus officia illa communia, qua omnes homines, qua tales, erga se inuicem, exhibere tenentur. Supersunt nunc adhuc specialia ex societatibus quibusdam particularibus prouenientia. Talium societatum sunt tres: coniugalis, paterna, herilis. Coniugalis reliquarum quasi est mater atque fundamentum, unde etiam primo loco de ea nobis agendum erit.

§. II.

Ex moribus omnium, vel saltini plerarumque gentium, vox coniugii, seu matrimonii, indigitat societatem personarum diuersi sexus sobolis proercandae causa.

caussa in perpetuum initam. Unde ipse
JCTi Romani gentiles, quorum fragmen-
ta in pandectis corporis juris Justiniane*i*
deprehenduntur, justas nuptias concu-
binatui, stupro, fornicationi, & eius-
modi conenubitui temperario explendae li-
bidinis caussa suscepto perpetuo contra-
distingunt, & historiae aliarum gentium
idem testantur.

§. III.

Quæstio prima se hic offert: *utrum*
aliquis ex precepto juris naturæ ad ineun-
dum matrimonium obstrictus sit? circa hu-
ius quæstionis resolutionem duo distincti
casus ab inuicem separandi sunt. Aut
enim quæritur indefinite: *utrum homi-*
nes ad generandam sobolem obligentur?
aut in specie de certo aliquo indiuiduo
sermo est. *Priori* casu, quæstio sine du-
bio adfirmanda, cum alias vitæ socialis
fundamentum necessario corrueret, ad
quod promouendum, & conseruandum
tamen homines sunt adstricti. Sed *poste-*
riori casu aliud dicendum. Licet enim
unus, vel alter, procreationi sobolis non
studeat, experientia tamen ostendit,
quod satis multi adfint, qui huic rei ope-
ram nauant. Immo socialitatⁱ officeret,

si qui

si quilibet ad matrimonium prouolaret, cui tamen facultas alendi uxorem & problem deest, quoniam hac ratione non potest non aliis grauis esse. Aliquando etiam status, in quo quis viuit, coniugium commode celebrare non permittit. Unde non peccant principes, qui interdum militibus, immo etiam scholæ ministris, quamdiu in officio sunt & esse volunt, coniugia interdicunt. Nemini enim infertur praediudicium, qui sciens & volens sub hac conditione officium amplectitur.

§. IV.

Fluit simul exinde, non esse contra juris naturæ dispositionem, si quis sponte cœlibatum voueat. Aut, si talia collegia instituantnr, in quæ non nisi illi recipiuntur, qui cœlibem vitam se exacturos esse promittunt, quo pertinent monasteria Romano-Catholicorum. Modo tametü eiusmodi personæ libertas permittatur, ut coniugium futuro tempore inire possit, si cœlibatus iterum displiceat: in quo peccari solet aliquando. (a)

§. V.

(a) De votis monasticis & eorum origine vid. Schilter, *instit. jur. canon.* l. I. tis. XI. §. 4. & quod

§. V.

Interim circa consensum conjugalem eadem repetenda erunt, quæ supra (a) de consensu in contractibus in genere adduximus et supposuimus. Metus atrox sine dubio matrimonium impedit, & idem de dolo dicendum, (b) ubi etiam non distinguimus, utrum dolus substantialia matrimonii, an vero eius accidentalia factum concernat, v. g. si quæ dolose sediuitem esse simulet. Ex malitia enim & dolo alterius numquam pronascitur obligatio, quamuis hic quoad dolum circa accidentalia DD. juris ciuilis communiter contrarium statuant, quorum tamen opiniones in nostra disciplina parum, vel nihil curamus.

L

§. VI.

quos ibi citat auctores & textus ex S. Scriptura, 1 Corintb. 7. v. 25. 1. Job. 2. v. 16. Elegans locus hue pertinens est apud Carpzonium des. 114.

(a) Cap. VII. Metui atroci opponitur reuerentialis, qui negotiorum non vitiat, v. not. nostr. ad print. I. de nupt. lit. d.

(b) De variis opinib[us] DD. v. Finckelth. obf. 38. Bruntlerit. jur. eccl[es]. I. 2. c. 17. §. 25. ibi quo Stryk. in not. Sam. Neander in differt. de sponsal. Et nupt. fct. 12. §. 2. Carpz. jurispr. eccl[es]. 6. 11 deft 129. C 193.

§. VI.

De errore quoque eadem regulæ supra traditæ repeti debent. Diximus, errorem nocere erranti, unde si quis Titianum ducit, quam Meuiam esse existimat, aut si quis cum paupere, quam diuitem esse censembat, coniugium contrahit: ex hoc capite a contractu matrimonii semel inito recedere non licebit. Sed quid, si quis defloratam pro virgine duxerit? nonnulli ex DD. juris naturæ statuunt, matrimonium nihilominus subsistere, quoniam & hic finis elusdem obtineri potest; (a) nobis tameni contrarium verius videtur, quia & hæc qualitas ex omnium, vel plerorumque saltem hominum natura promisso, per modum conditionis semper adhaeret, (b) unde ea defici-

(a) Ita etiam statuant canonistæ propter cas. z. caus. 29. qu. 1. in f. contra quos disputat Carpzou. cit. def. 193.

(b) Immo hic reuera adest dolus, qui iuxta s. præced. consensum penitus excludit. Sed quid? si eiusmodi persona regulam juris notam pro se adduceret, quod scilicet nemo propriam turpitudinem allegare teneatur; resp. concedendo. Verum, si sponare eam non vult adlegare,

tientē, sine dubio ipsa etiam obligatio ex promissione alias proueniens deficit. Idem est, si in sexū, vel generandi potentia erretur, quohiam tunc finis principalis huius societatis obtinēri nequit.

§. VII.

Circā qualitatem personarum, quæ coniugium inire intendunt, nihil aliud ergo requiritur, quam ut sint diuersi sexus; (a) & ad generationem idoneæ. Ubi ergo aperte constat, generationem

L 2

pro-

gare, a matrimonio tamē & concurrente simul deceptione alterius abstinere debet & ad hoc omnino tenetur. Ac quoniam hoc non facit: in dolo est. Qui propriam turpitudinem adlegat, nullum meretur fauorem, *i.s. C. de seru. pignor. dat. manumiss.* multo minus, qui eam cœlat. Si femina illam adlegat & alter nihilominus eam in uxorem dicit: res expedita est, quia volenti non fit iniuria.

(a) Alias enim quælibet societas coniugium dici posset. Sed nota. Ubi cunque est matrimonium, ibi debent esse personæ diuersi sexus. Verum regulæ logicæ de conuersione non patiuntur, ut hanc propositionem ita contuerteret: ubi cunque in societate aliqua sunt personæ diuersi sexus, ibi est matrimonium, nam et mercaturæ intuitu masculus & feminæ societatis inire possunt.

prolis obtineri non posse, ibi quoque inita societas titulum matrimonii non meretur. Exulant ergo eunuchi, (b) siue sint orientales, quibus ipsum membrum virile, siue occidentales, quibus vasa seminaria abscissa. (c)

§. IX.

E contrario, ubi aliqua spes est generandi sobolem: ibi societas inter masculum & feminam inita, titulum coniugii omnino meretur, quia alter liquido probare nequit, quod hic finis principalis coniugii deficiat. Unde non peccant principes, quando spadonibus, (a) sterilibus, senibus ac vetulis (b) coniugia permittunt. Immo matrimonium in ultimo.

(b) Dissenserunt tamen quondam Theologi & JCti, quorum responsa habentur in libello pseudonymi Hieronymi Delphini, quem vocat *eunuchi coniugium*, die Capaunen-Heyrath conf. nostr. doctrin. ff. tit. de rit. nup. § 11. Pufendorff. de I. N. & G. l. 6. c. 1. §. 25.

(c) De hac distinctione v. Thomas. instit. iurisprud. dinin. l. 3. c. 2. §. 178. seqq.

(a) Ita etiam de jure ciuili arg. l. 6. §. 2. l. 7. ff. de edit. edit.

(b) Ex jure ciuili pertinet huc l. 27. C. de nups. v. alias de sexagenariis Sueton. in Claud. cesar. c. 23. Alex. ab Alexandr. general. diser. l. 4. c. 3.

mo mortis articulo contractum, exinde verum matrimonium est, quoniam s^epe medici de vita ægrotantis desperant, qui tamen deinde præter omnium spem pristinæ valetudini restituitur. (c)

§. IX.

Quæ hactenus a §. V. differuimus, ea non ex jure naturæ proprie sic dicto deducuntur, sed ex principiis philosophiæ rationalis, & eo pertinentibus regulis interpretandi, nec non ex moribus & consensu gentium circa vocabulum matrimonii. Postquam autem nunc matrimonium rite contractum est, regulæ juris naturalis demum adplicantur. Ubi id quidem expeditum esse censemus, alterum coniugem ab altero inuito recedere non posse propter vim pacti semel initi; quodsi tamen utrique coniugi deinde contrarium placeat, nihil obstat de jure naturæ, quo minus recedere possint, utroque enim dissentiente, non turbatur socialitas. Nec obstat, quod coniugium societatem perpetuam esse dicimus, istud enim ratione primæ intentionis saltem intelligendum. Nam & alii contractus, in

L 3

per-

(c) Vid. quoad hanc materiam Thomas. d. l. p. 3. §. 188. seqq.

perpetuum ineuntur, sed tamen ex post facto mutuo dissensu iterum soluuntur.

§. X.

Porro ex sacra quidem scriptura & lumine reuelationis constat, quod maritus imperium in uxorem exerceat, quo etiam collimant leges ciuiles, sed sola ratio sibi relicta, hoc non adsequitur, tamquam necessarium quid, nisi pactum speciale adcesserit. Potest enim absque eiusmodi imperio societas coniugalis confistere, quippe quæ nihil aliud, quam mutuam utriusque coniugis amicitiam requirit. Potest ergo jure naturæ etiam uxor sibi imperium stipulari, & translatio domicilii non nisi utriusque coniugis consensu facienda.

§. XI.

Succedit nunc quæstio: *utrum ius naturæ dictitet, quod precise unus saltus masculus & una femina coniungi debeant, aut, an polygamia sit contra ius naturæ?* hic ante omnia supponendum, polygamiam duplicitis generis esse, aliam virilem, quando unus vir plures uxores ducit, quæ in specie *polygynia* dicitur; aliam muliebrem, quando, una mulier diuersis

ma-

maritis nubit, quæ *polyandria* audit. De singulis speciebus seorsim agendum erit.

§. XII.

Quod ad virilem adtinet, non solum in veteri testamento respublica Hebreorum, sed & hodie in specie Turcarum liquidum exemplum præbet, quod per illam socialitas neutiquam turbetur, unde ex ratione sibi relicta firmum argumentum desumi non potest, ex quo dicta polygamia impugnetur. Quod enim interdum rixæ domesticæ oriri possint: hoc certe non est vitium ipsius rei, sed personarum, & ex accidenti fit. Atqui hoc etiam in omni societate accidere solet, unde communio mater litium vocatur.
 (a) Quis vero exinde contractum soci-

L 4

tar

(a) Meretur, ut adponamus locum Thomasi d. l. 3. c. 2. §. 203. 204. Et 205. scilicet, inquit, sicut alibi jam ostendimus, (in *disput. de crimin. bigam.* §. 24.) non poterit polygamia virilis ex lege naturali impugnari, quia tantum abest, ut per eam directo turbetur socialitas humani generis, aut generatio sobolis impediatur; ut potius rationi sibi relictae eadem multum facere videatur ad multiplicationem generis humani. Rationes vero ab aliis aduersus eandem adductæ,

de

tatis contra jus naturæ impingere adsereret? taceo, quod celeberrimi quoque JCti polygamiam hanc nec jure diuino positioe prohibitam esse adserant, ex quibus in præsenti Struuium S. J. C. ex. 29. tib. 52. laudasse sufficiat.

S. XIII.

de zelotypia, de discordiis domesticis, de odiis novercalibus in ipsa prole continuandis, & quæ sunt alia incommoda domestica, jam sæpius a multis sunt reiectæ. Quod si præcedenti arguimento a priori desumto, rationem a posteriori aduersus Christianos valitaram velis superaddere: eandem optime suppeditabit dispensatio diuina, quæ Deus in veteti testamento populo Iudaico, vel certe patribus eandem permissit, quia & inter beneficia Davidi praæstata recensuit, quod ipsi plures uxores dederit. Quis enim putarer, Deum id inter beneficia referre, quod efficiam, hominis turbat ac jure naturali prohibitum est?

Plurima lectu digna & utilia hic conlegit Hieronymus Brücknerus in decisi. jur. matrimon. controversi. præcipue cap. i 3. Joh. Lyserus sub nomine Sinceri Wahrenbergs/ qui ipse cœlebs erat, in dem kürzen Gespräch von der polygamic fianc polygamiam in jure diuino reuelato non solum peruissam, sed plane præceptam esse statuebat, abusus dicto: *quod is maledictus sic, qui opus Domini negligenter facit.* Sustinebat tandem

§. XIII.

Quoad polygamiam muliebrem, plurimi quidem ex DD. moralibus hanc sententiam amplectuntur, quod ea juri naturæ aduerteretur, quoniam non possint non inter diuersos mares graues rixæ pacem turbantes oriri. Sed tamen & hic eadem responsio locum habere posset, quath modo adtulimus, esse scilicet hoc vitium personarum, non vero ipsius negotii. Interim si comparatiue loqui volumus, frequentiores rixæ ex hac, quam quidem ex virili polygamia oriri possunt, maritus enim melius plures uxores, quam una uxor plures maritos regere valet.

§. XIV.

Ratione consanguinitatis multi ex recentioribus, etiam juris ciuilis interpretibus fatentur, nuptias inter fratrem & sororem contractas non repugnare juri naturæ ex hac ratione, quia Deus permisit, quod Adami liberi inter se coniu-

L. 5

gia

tandem infamem pœnam in Suecia. Auctores, qui ea tempore pro polygamia & contra eam scripserunt, adduximus in histor. jur. natur. g. LVI. LXX. & CXI. & in doctrin. ff. tit. de rit. nupt. §. XXI.

gia celebrare potuerint. Thesis vera est, sed ratio non quadrat ad disciplinam juris naturalis, quia gentilibus de liberis Adami nihil innotuit. Ergo melius dicitur, ex sola ratione non posse cognosci, quod matrimonium inter adscendentēs & descendentes, vel inter conlatales primi etiam gradus interdictum sit, quia acutrum socialitatem turbat. (a) Argumen-

(a) De Atheniensibus Cornelius Nepos *de vit. excellent. imperat.* in prefat. ita: hi, si didicerint, non eadem omnibus esse honesta atque turpia, sed omnia majorum institutis judicari; neq; admirabuntur, nos in Grajorum virtutibus exponendis mores eorum sequitos. Neque enim Cimoni fuit turpe Atheniensium summo viro, sororem germanam habere in matrimonio: quippe cum eius ciues eodem uterentur instituto. At id quidem nostris moribus nefas habetur. Laudi in Græcia dicitur adolescentulus, quam plurimos habere amatores. Item in *Cimone c. I. ab init.* Habebat in matrimonio sororem germanam suam, nomine Elpinicen, ubi B. Christoph. Cellarius in notis suis ad voc. *germanam* sequentia adiecit: Varroni quidem apud Seruum in *Eneid. V. v. 412.* germanus est de eadem genitrice manans, quo sensu ibidem etiam Virgilii vox, *bae germanus Eryx*, accipienda est: at eodem Seruio teste multi dicunt, esse de eadem

menta, quæ a pudore, reverentia, & instinctu naturali nonnulli defumunt, plane incerta sunt, & nihil probant, quia in utramque partem disputari possunt.

§. XV,

Ut bina verba de concubitu, qui solius libidinis explendæ gratia suscipitur, addamus, ratio sibi relicta id quidem cognoscit, eum peccare in leges socialitatis, qui nimis veneris exercitio morbum sibi adtrahit, & per consequens se inhabilem reddit, quo minus futuro tempore aliis inseruire possit; quodsi tamen tales circumstantiae non adsint, tunc certe medius terminus demonstrandi turpidinem suscepitæ actionis deficit. Interim S. Scriptura eiusmodi coitus tamquam peccaminosos damnat & reuicit.

CAPUT XI.

DE SOCIETATE PATERNA.

CONTENTA HUJUS CAPITIS.

Consideratur hoc capite, quid liberi parentibus, quid parentes liberis debeant? §. I.

quoad.

deinde germine; id est, patre. Et hoo modo noster intellexit, qui addidit: eodem patre natas.

quoad primum non nuda gratitudo; sed talis
qua cum obsequio & reverentia conjuncta est,
intelligitur. Inde parentibus competit im-
perium, quod etiam patria potestas vocari
potest, non tamen in sensu juris Romani,
§. II. patria potestas sensu natura accepta
tum matrē quam patri competit, nisi per pa-
tētū speciale aliud dispositum fuerit, §. III.
de questione: an liberis licet inuitis paren-
tibus matrimonium inire? ad quam distincte
respondetur, §. IV. obligationem parentum
ad sufficiendam educationem non ex pacto,
sed immediate ex legis naturalis dispositione
oriri, evincitur, §. V. possunt parentes for-
mationem morum liberorum juxta circum-
stantias obuenientes juste aliis committere,
§. VI.

§. I.

SUB hoc capite duo præcipua consi-
randa erunt (1) quid liberi parenti-
bus & (2) quid vicissim parentes liberis
dēbeant. Prius longa demonstratione
hāud indigere videtur, cum ratio ipsa
cuilibet dictaret, ad gratitudinem nos es-
se obstrictos illis, a quibus maxima be-
neficia in nos collata fuerunt, nisi socia-
lita-

litatem turbare velimus. Ergo & de di-
beris idem sentiendum erit.

§. II.

Non intelligimus autem nudam gra-
titudinem, sed talem, quæ speciale ob-
sequium & reuerentiam adnexam habet.
Ex quo e contrario consequitur, paren-
tibus competere imperium, (a) quippe
fine quo edueatio liborum & formatio
morum, ad vitam socialem maxime ne-
cessaria, fieri non potest. Posset hoc
imperium etiam patriam potestatem vo-
care, modo hoc vocabulum non in sensu
juris Romani capias. Quæ enim ibi de
unitate personæ inter patrem & filium,

de

(a) Non autem jus vitæ & necis, quod olim
apud Romanos obtinebat: *I. 10. C. de patr. potest.*
deinde ita statutum fuit juxta *I. 3. C. eod.* si filius
tuus, inquit imperator Alexander, in potestatis
tua est, res adquisitas tibi alienare non potuit.
Quem, si pietatem patri debitam non agnoscit,
castigare jure patriæ potestatis non prohiberis:
actiori remedio usurus, si in pari contumacia
perseverauerit; cumque praesidi provinciae ob-
laturus, dicturo sententiam, quam tu quoque
dici volueris, conf. hic quoque *I. un. C. de emen-
dat. propinqu.* ibique Brunnemannus *in commenta*
doctrin. nostr. ff. sic. de his, qui sui, vel alium
jur. sunt, §. III.

de pupillari substitutione & eiusmodi ferebus aliis habentur: ea mēri iuris positum sunt, juri naturae incognitam.

§. III.

Cum etiam in cap. praeced. §. X. diximus, maritum ex natura societatis coniugalis præ uxore sua prærogatiuum aliquam non habere, sed societatem esse aequali; hinc consequitur, quod patria potestas in sensu juris naturae accepta, tam matre, quam patri eodem modo competit, qui propterea communicatio consilio & unitis viribus educationem suscipere debent, (a) nisi forsitan per patrum speciale aliter inter ipsos conuenierit.

§. IV.

Ex illis, quæ antea de obsequio (a) liberorum adtulimus, nunc porro famo-

fa

(a) Grotius de J. B. & P. l. 2. c. 5. §. i. dicit: si contendant inter se imperia, præfertur patris imperium, ob sexus præstantiam. Sed haec ratio petit id, quod in principio est. Putarem negotium esse suspendendum, donec unio sequatur, vel rem deferendam ad arbitros.

Ad §. IV.

(a) Ad obsequium illud de jure Romano etiam

ſa illa quæſtio facile resolui potest: *an liberis matrimonium inire inuitis parentibus?* ſcilicet diſtinguēndum: an liberi adhuc ſint in familia paterna, an ve-
ro ſeadem jām egressi. *Posteriori* caſu laudabiliter faciunt, ſi adhuc conſenſum pa-
rentum expetunt, quo tamen neglecto
matrimonium non eſt nullum. (b) *Priori*
caſu.

etiam pertinet, quod parentes a liberis ſine im-
petrata venia priuata auctoritate in jus vocari
non poterant; nec liberis permifſum erat, ac-
tio-
nes famoſas contrā eos instituere: nec juramen-
tum calumniæ iis deferre; &c. v. tit. ff. de ob-
ſequ. parent. & patron. praſband.

(b) Ergo, prout JCTi dicunt, conſenſus pa-
rentum non eſt neceſſitatis, ſed honestatis ſolum.
Quid hodie ſecundum jus canonicum! adpona-
mus locum Besoldi *synops. doctrin. polie. c. 13. 5. 7.*
eademque, inquit, reuetentia exigit, ut liberis
non inuitis parentibus ineant mattimonium: un-
de valent conſtitutiones, quæ inuitis parentibus
nuptias contraheatibus, penas infligunt, Didu-
eus de Medrano *in tr. de consens. nupcial. c. 11.*
attamen ſecundum concilium Tridentinum, lie-
cet æquum & honestum eſſe non negetur, ut li-
beri nupturientes conſenſum habeant paternum,
ſed tamen, ſi mattimonium ſolenniter celebra-
tum, aut ſaltem in praefentia parochi & testium
pro

casu subdistinguendum, utrum nouellus maritus cum uxore sua in ædibus & coniunctu paterno manere velit, an familia egredi paratus sit. Si hoc, consensus requisitio iterum non est necessitatis, benthamen, si illud, ne parentibus inuitis nouum, illudque maximum onus imponatur. (c) §. V.

promissum sit; maius inde vinculum nasci merito reputatur, quam ut id per partiam potestatem irritari queat. Quod tameni non adprobant Galli, apud quos ex legiis decretis matrimonia inuitis parentibus, etiam publice inita, annullantur.

(c) Non solum ratione alimentorum, sed etiam alio respectu, v. Genes. 26. v. 34. 35. Esau autem quadraginta annos natus Juditham Beatrix & Basematham Elonis Hettæorum filias in matrimonium duxit, qua quidem Isaac & Rebekka acerbitati animi fuerunt.

Curiositatis gratia sequentem easum ex Besoldo loc. cit. §. 8. quoque adponemus: quæritur etiam, inquit, an parentibus nolentibus monasteriorum ingrediantur liberi recte? & quamvis Petri Aerodius quæsitor Andegauensis libel. sing: cum filio tamquam fugitiuo agat, eo, quod ipso nolentre degeret apud patres societas. Attamen non viderur potestas paria eo usque extendenda, ut etiam in rebus conscientiam adtingentibus, aliquid impedire, vel efficere possit. L. 56. §. 1. Cade, apf/c. Et cler.

S. VI.

Obligatio parentum ad suscipiendam educationem non descendit ex pacto, cuius infantes sunt incapaces, sed immediate ex legis naturalis dispositione. Neque enim parentes ab aliis hominibus pretendere possunt, ut hanc educationem suscipient, quia illi non sunt causa, quod liberi in lucem editi fuerint, sed hoc parentibus adscribendum est. Unde conlequitur, alios homines ex facto parentum prægrauari non debere, sed obfictos esse parentes, ut partum, quem in lucem ediderunt, ita forment, ne onus fiat allorum & sic socialitatem turbet.

VI.

Quantis vero melius sit, si parentes educationem liberorum ipsi diriguunt, modo ad tales directionem habiles deprehendantur; interim tamen, si veriusmodi habilitas deest, vel parentes aliis præcipue publicis functionibus in educatione impediuntur, tunc iniustum non est, ut alias personas habiles elegant, usque formationem morum committant.

M

CAP.

CAPUT XII.

DE SOCIETATE HERILL.

CONTENTA MUJUS CAPITIS.

Ad probandum imperium herile non sufficit ratio ab Aristotele prolatâ, & ab hominibus stupidis petita, q. I. seruitus vel ortitur ex conventione, veluti ob indigentiam, vel ex moribus gentium, uti in iis, qui bello capti sunt, qua dñia species probe ab inuenientia separanda, q. II. præcipua inter eas differentia est, quod prioris generis servi intuivendi non possint, quod intuitu aliorum alter sese habet, q. III. competit dominis jus castigandi renitentes; crudelitas autem in seruos captivos non laudanda, quamvis sit excusanda, q. IV. que jus Romanum de seruis disponit, quod nec nuptias inire, nec ex facto proprio conueniri possint, sicque pro ciuiliter mortuis habendi sint, jus natura ignorat, q. V.

S. L.

Quatnisi Aristoteles seruos quosdam natura dari adserat, per quos homines stupidos indigit, qui capaces non sunt, ut actiones suas ipsi dirigere queant;

ante ~~post~~ hanc tamēn sic dicta seruitus alteri nullum jus concedit, ut hunc hominem

M 2

nem

~~admodum~~ ~~admodum~~ ~~admodum~~ ~~admodum~~ ~~admodum~~

(4) Adponamus locum ex Pufendorfio de J. N. C. G. l. 6. c. 3. s. 12. circa huius societatis originem, inquit, reliienda est sententia eorum, qui imperium herile & seruitum actu a natura constitutum autumant. Evidem maximam ingeniorum diuersitatem inter homines comprehendimus. Ut alia præteremus, sane adparer, quosdam & ea esse mentis perspicacia, ut per se cernant, quid rebus suis expediatur, & ea alacritate, ut quod sibi est utile, proprio impulso circa aliorum coactionem suscipiantur. Alius contra ingenium est ita hebes, ut quid ex usu sit, circa aliorum ductum patrum perspiciant, magisque sint idonei ad talia, quæ viribus corporis constant, obœunda, quam ad quæ subtilitas aliqua mentis requiriuntur. Tanta insuper societaria, ut, nisi coacti, recte non faciant, nec parta commode seruare, aut dispensare norint. Quorum posteriores natura seruos Aristoteles vocat, non quod dominus & seruus actu per naturam constituantur, circa interueniens factum humanum; sed quia eiusmodi hominibus, quos tali ingenio natura fixit, commodius est aliis servire, quam proprio Marte rem gerere, add. Grotius de J. B. G. P. l. 2. c. 22. s. 11. ibique Joh. Frid. Gronovius in neg. quæcumq. Aristotelis locus habetur 1. polst. c. 5.

nem imperio suo subiicere possit, unde ad alios fontes reeurrendum crit.

M. II.

Scilicet, seruitus vel oritur *ex conventione* inter dominum & seruum, quando quis *ex indigentia* se alteri subiicit, *(a) vel ex moribus gentium*, quando causas si datur.

(a) Vel in perpetuum, vel ad tempus, patera enim & hic dant legem contractui, filio Ictorum. Unde etiam mercenarii nostri serui in sensu politico dici possunt. Eiusmodi seruitus apud Judeos in usu erat. *Primus* locutus hic pertinet est. *Exod.* 21. 3. 2. usque ad v. 10. Si emeris seruum Hebreum, sex annos seruit, Septimo autem anno manumittitor gratuito. Si coelebs venit, coelebs manumittitor: si maritus, uxor cum eo manumittitor. Si dominus ei uxorem dederit, ex qua filios aut filias procreaverit, feminæ & nati domini sunt: ipse sopus manumittitor. Quid si seruitus caput ambo si domini & uxoris & filiorum noluerit manumitti, eum dominus ad recuperatores adducito, eique ad valuam aur ad postem adipicatio, aurem subtrahit performato, & illa ei perpetuum seruitus. Si quis filiam suam vendidet in famulatum, ea ne seruorum in thorem manumittitor. Si ea domino displicebit, nec is eam despenderit, redhibebit in extramam gentem emantipandi potest ne esso, quia eam adfecit igne-

ignomisia. At si cum filio suo destruxeris cap-
dem jure cum ea, quo cum liberis, agito. Si
aliam duxerit, hanc victu, vestitu, congressu ne-
fraudato. Si tria haec ei non confecerit, manu-
mittitor gratis sine precio. Secundus locus est:
Lxx. 25. v. 89. ad 15. inclus. Si quis tuorum con-
sanguineorum præ remittate tibi venierit, ne ei
seruidem in morem imperato, sed eum perinde
ac mercenarium adueniamque habero. Quum-
que apud te seruuerit, ad annum Jabilzum, a-
te discedito una cum suis liberis, & in suam co-
gnationem partiamque possessionem reuenito.
Quum enim serui mei sint, ut quos ex Aegypto
eduxerim, non licet eos seruili more vendi.
Quare ne eis darius imperatote, Deumque ve-
strum timetote. Ex seruis aurem & ancillis,
quos ex finitimi gentibus habebitis, seruos vo-
bis & ancillas comparatote, tum ex aduenis
apud vos peregrinantibus: ex his, inquam, &
ex conterraneorum vestrorum natione, qui in
finibus vestris progenuerint, comparatote, eos
que mancipi habetote & possidetote, quam pos-
sessionem vestris natis post vos futuris sempiter-
nam relinquatis. His, inquam, dominamini.
At in vestri generis hominibus Israelitis, ne alii
aliis asperius imperatote. Quodsi auctis facul-
tatibus alicuius peregrini, & incolæ vestratis,
quispiam vestri generis, præ rerum inopia, illi
aut omnino peregrinae nationis stirpi venierit,
postquam venierit, redimendi jus esto: aliquis
ex eius consanguineis eum redimito, patruus;
patruelis, aut aliquis eiusdem cum eo propin-

quicquid & gentilioris: aut ipse deinde facultatem natus se ipsum redimatur, cumque suo cuncto rationem subducatur ab anno venditionis ad Jubileum, ut eius precii pecunia numero conteniat annorum, perinde ac si mercenarius apud eum per id tempus fuisset. Si multi supererint anni, pro eorum ratione pecuniam referet ex sui venditionis precio. Si pauci ad Jubileum anni superabunt, habita annorum ratione premium reddet sua redemtionis. Mercenarii conditione apud illum quotannis esto, neutre committite, ut ille ei durius imperet. Quod si his rebus redemptus non fuerit, exito anno Jubileo, una cum suis liberis. Nam mihi servi sunt Israelitæ servi mei sunt, inquam. *Tertius est Deuteronom. 15. v. 12. ad 18. inclus.* Si quis tibi consanguinitatis tue Hebreus aut Hebreæ venierit, sex annos tibi seruato, septimo autem anno cum manumittito, quumque manumitteres, ne vacuum mittito, sed ex tuis pecoribus, exque horreo & torculari honeste muneratum, & eis quibus te Ioua Deus tuus ditauerit donatum: Ac memento te seruum fuisse in Aegypto, & inde a Ioua Deo tuo redemptum: qua de causa haec ego vobis hodie præcipio. Quod si negabit, se a te esse discessurum, quod te quamque domum amabit, quoniam apud te bona conditione sit, cum tu subula eius aurem ostio adfigito, isque tibi in perpetuum servus esto, idemque ancillæ facio. Ne illum grauare manumittito, qui tibi bis tamdiu seruierit, quamdiu mercede conductus mercenarius; videlicet sex annis

ptius vitam donarunt victores, (b) ut pro alimentis seruitia in perpetuum exhiberent. Has duas species probe ab inuicem separasse expedit, quia pro illarum diuersitate diuersitas quoque jurium & officiorum deprehenditur.

§. III.

Quamuis enim in eo conueniat utraque seruitus, quod seruus ad quascunque operas licitas ex arbitrio domini praestandas sit obstrictus, & quod e contrario dominus ad suppeditanda necessaria alimenta obligetur; differunt tamen in eo præcipue, quod seruus per conventionem talis inuitus alteri vendi non posse, quia hoc esset contra intentionem serui sese huic domino vendentis, (a) quod intuitu serui in bello capti aliter se habet.

§. IV.

Domino in seruum, siue ex conuentione, siue ex captiuitate bellica talem,

M 4 com-

annis: & Joua Deus tuus omnia tibi, quæ facies, fortunabit.

(b) Hinc in legibus Romanis habetur, seruos a seruando dictos esse, v. 6. 3. 7. de jnr. person.

(a) Forsitanim duriorēm dominum inueniret.

Competit jus dirigendi actiones & retribuendam
tentem atque improbum castigandi. *(a)*
Quamvis autem nonnullæ gentes in cap*ta*
capti.

(a) Apud Romanos serui in bella capti indistincte arbitrio dominorum subiecti erant, quod tamen deinde emolliebatur, v. §. 2. *f. de his,*
qui sui Et. ibique not. nostr. & licet in castigando dominus excesserit; dolus tamen adhuc hominum non presumitur, sed pena mitigatur. Casum huc pertinente habet Georg. Reysen/ prefectus Saxonius Altenburgensis, *in prax. crimi.*
€. 7. §. 10. cas. 8. ubi in sententia interlocutoria p. 529. seq. factum ita recensetur: Wird C. U. von H. beschuldigt/ daß er am 13. Sept. dieses
Jahrs (1622.) seinen Diener C. E. mit einem Stock bekmassen geschlagen/ und am Haupt verwundet/ daß er den 18. darauf davon gestorben/ inmassen derselbe solches in denen von ihm eingeggebenen Schriften nicht in Abrede seyn könne. So er nun wohl vorwendet/ auch nicht ohne/ und aus der Zeugen Summarischen Bericht/ ingleichen des von H. übergebenen evdlichen Defension Zeugniß so viel abzunehmen/ daß der Entlebte zu dieser Beschuldigung sonderbare grosse Ursache und Anlaß gegeben/ indem er meldter von H. seine ihm gnädigst andefohlene Herren Dienste zu verrichten/ denselben seine Ghetre/ Spöhren und Reithosen aus seinem Quartier zu hohlen abgesertiget/ ihm auch absord

hald wiederzukommen / ernstlich anbefohlen / der Entseibte aber solehes verächtlich hindangesehet / sowohl den Hin- als Her-Weg in einem Hier-Hause eingespochen / zu Hause sich eine ziemliche Weile aufgehalten / grosse Uppigkeit und Leichtfertigkeit mit der Ammen und andern Mägden getrieben / indessen seinen Herten bey instehenden Ausreiten und unflätigen heftlichen Wetter mit Verlangen auf die Reit-Kleidung warten lassen / auch als ihn derselbe endlich kommen sehen und zu riken angemahnet / allem Ansehen nach aus Trok / seinen Schritte gemäßlich fortgangen / und als er ihn dessentwegen mit dem in Händen habenden Stock leidlich castigiret / die Stiefeln niedergeworffen / in Stall gelauffen / und wie ihn der von H. verfolget / und allda noch einen Streich über den Arm oder die Lenden gegeben / denselben mit der Hand vor die Brust / daß er an eine Säulen getaumelt / gestossen / zum Stall heraus gelauffen / den allda liegenden Stiefel aufgehoben / und damit den von H. auf den Leib geworffen / darauf dieser ihm den Schlag auf den Kopff / dadurch er vermutlich die Beschädigung / daran er verstorben / bekommen / zus gefüget / wie er denn auch nach diesem denselben schimpflich zu begegnen nicht abgelassen / die Spohren auf ihn zugeworffen und gesaget / daß hast du deine salua venia hundsvottischen Spohren / auch hiebenvorn ziemliche Wiederseklichkeit von sich spühren lassen / und der benden Zeugen beim 7. Defensional-Articul gethanen evdlichen Bericht noch vor 6. Wochen vernehmen lassen /

er wäre / als er einst seine Aufwartung hindom gesetzt / und der von H. alleine nach Hauf gehet müssen / dahero ihn bey seiner Heimkunft gesucht / in der einen Stuben über dem Stall gewesen / und wenn sein Herr wäre da hinein gekommen und ihm was sagen wollen / hätte er seinen blossen Degen schon bey der Hand gehabt / und ihn damit durch und durch stossen wollen / wozu kommt / daß nach des Medici Bericht / die Wunde nicht tatsächlich / sondern der Tod von dem Verbluten erfolget / der Beschädigte aber sich wie die Zeugen fol. 51. aussagen / darbei sehr übel und unruhig gehalten / daß das Blut beständiger Weise nicht wohl gestillt werden können / also durch dieses malum regimen sich selbst nicht wenig verwahrloset ; dieweil aber dennoch der von H. bey der coercion bessere Massfe halten / und ihn mit dem Stock auf den blossen Kopff dermassen nicht schlagen / sondern vielmehr / bey verspürtem Frevel und Wiederspenstigkeit zur Haft bringen / und ordentlicher Weise bestraffen lassen sollen / in übrigen in dessen Defension so viel / daß er mit der Inquisition als sofort gänzlich zu verschonen / nicht ausgeführt / und er weder articul- noch summarischer Weise vernommen / die Zeugen auch / außer denen / so er bey seiner Defension produciret / vermittelst Endes nicht abgehöret / also definitiue noch zur Zeit nicht erkandt werden mag / &c. Absoluto processu inquisitorio sententia definitiua sequens , quae est . l. p. 558. habetur , lata est : Das Jahr C. II. von H. wegen der an E. E. begangenen Ent-

ptiuos crudeliter sauire consuerint, (b) in vindictam, quod illi omnia infesta vi-
ctoribus inferre conati fuerint; hoc tamen non laudandum, sed quodammodo
saltem excusandum. Quam primum
enim victo vita donatur & ipse in fami-
liam adsumitur: (c) omnis antegressa ho-
stilitas remissa est, vel tamen esse debet.

§. V.

Entleibung gestalten Sachen nach an Leib oder
Leben nicht zu bestraffen / er wird aber nichts De-
stoweniger nebst Erstattung der Gerichts-Rosten
auf vorhergehende liquidation und Richterliche
Ermässigung in eine ziemliche Geldbuße / seinem
Vermögen nach / jedoch daß sich dieselbe über
350. Rthlr. nicht erstrecke / in Straffbillig ge-
nommen.

(b) Exemplum adhuc hodie habemus in illis,
qui a Turcis & piratis Tunetanis & consortibus
capiuntur atque venduntur. Romani sequiori-
bus praecipue temporibus illa pacta venditioni
seruum adiecta, ut crudeliter haberentur;
improbabant, l. 6. §. 1. in f. ff. de seruis exportand.
& dominus seruum sine causa occidens capite
plectebatur, l. 1. §. 2. ff. ad L. Cornel. de sicar.

(c) Hec adsumptio exinde configitur, post-
quam captiuus vinculis solutus & ipsi operat de-
mandate. Si ergo dominus eum vincitum at-
que carceratum adhuc tenet, supplicium saltem
dilatum esse censeretur, ut apud Romanos eorum

in-

§. V.
 Illa quoque, quæ in iure Romano defseruis habentur, quod v. g. nuptias inire non possint, sed solum in contubernio viuant: quod ex facto proprio conueniri non possint, sed actio semper contrado-
minum dirigenda, &c, ut uno verbo dicam, quod pro ciuiliter mortuis habeantur; juris naturæ non sunt, sed ex moribus Romanorum, ut plurima alia, deduci debent.

CAPUT XIII.

DE DELICTIS ET POENIS.

CONTENTA HUJUS CAPITIS.

Misssis officiis in ciuitate viuentium, quippe quæ ad politicam pertinent, transitus fit ad caput hoc de delictis & paenis, §. I. definitur, quid sit delictum secundum jus na- tura, §. II. delictum committentes intellectu & voluntate gaudeant, necesse est. Hinc de infantibus, furiosis & mente captis quid sentiendum sit, ostenditur, quamquam infan-

tia

inquit, qui v. g. triumpho, aut spectaculis ser- uabantur, v. Pufendorff. de J. N. G. l. b. c. 3. §. 6.

tie determinat. Et animali jus naturae precise non definit, §. III. quia quis coacte palitur, et non impunatur. Hinc de feminis, quae stuprum passae sunt. De more circa hanc rem apud Germanos obtinente, §. IX. idem fentiendum, si quis sub communicatione mortis dicitur alterum ad aliquid faciendum adiungat, §. V. non vero ebrium excusandum esse confetur, exceptis ramer duebus casibus, §. VI. in quantum et quibus casibus aliquis contumeliosis verbis, vel factis ad iram provocatus excusari possit, ostenditur, simulque generalis de affectibus regula traditur, §. VII. de ignorantia, qua, si facti alieni, excusat, si juris naturalis non item. Quid hoc intuitu jus civile disponat, adducitur, §. IX. quastio: an autocheiria jure naturae sit permissa? ad quam distincte respondetur, §. IX. defensionem vita cum internecione alterius permissam esse statuitur; pariter ac pudicitia, §. X. si vero de bonis agitur, respiciendum: an quis in statu civili, an vero naturaliter vivat, §. XI. de persecutione hostis, quam in infinitum licitam esse certo sensu defenditur, §. XII. quastio: an alterius aggressione radiatum præcludere, an ipsam expectare et deinde interficere justum sit, deciditur, §. XIII. de necessitate eiustique in factis, quae

alias

alias delictio accensanda, effectiva. Huiusmodi
Pufendorffio, eius rei exemplo adducuntur,
 §. XIV. de furto ob extremum indigiam com-
 missio, quid sentiendum, & in quantum illud
 situm sit, determinatur, §. XV. intuitu
 materia pararum & coercitionis, an &
 quomodo procedendum sit, distincte, tam intuitu
 illorum, qui superiorem non adgrediuntur,
 quam illorum, qui in republica viuant, rea-
 ditur, §. XVI.

§. L.

Quemuis communiter Doctores in systematibus juris naturae materiarum de officio in ciuitate viuentium peculiare caput dicere soleant; (a) nos tamen, qui confusionem disciplinarum ciuitatis studemus, haec officia non tangimus, sed ad politicam remittimus. Jus naturae enim hic nihil aliud dicitur, quam hoc generale saltem, quod ciues tam intuitu principis, quam in relatione ad se mutu-

etiam

(a) Adpatet hoc ex Pufendorffio de officiis. Et cim. l. 2. c. 5. usque ad fin. libr. Et de j. N. 45 G. l. 7. Et 8. per tot. Hugo Gratius de j. P. Et P. passim, prout ex indice videti potest. Thomalio in inst. jurispr. dixin. t. 3. c. 6. aliisque.

cena nihil suscipere debeant, quod pacem & tranquillitatem turbare potest. Transimus ergo ad materiam de delictis corporis.

Quid sit *delictum*, si de jure naturae disputamus, illud ex principiis a nobis in quibuscunque materia adductis nunc facilime definiri potest. Scilicet est factum, (a) turbans securitatem, & sic contra voluntatem diuinam, quatenus ea ex lumine rationis cognosci potest, commissum.

§. III.

(a). Factum hic, utri in jure positivo, etiam non factum sup se comprehendit, v. g. si miles in excubius dormit, Brandenb. Kriegs-Recht s. art. 28. Derjenige, so auf der Schildwache schlafst / oder gehet vor Abdösung weg / Oder fracket sich so voll / dasz er die Wache nicht herstellen kan / der soll ohne alle Gnade arquebusires werden. Kaisers Maximiani II. Kriegs-Artikel / art. 39. Da einer auf der Schildwache schlaffend besunden wird / oder sonst / ehe es abgeloßt / davon gienge / der soll an Leib und Leben gestrafft werden. Schwedisches Kriegs-Recht tit. 7 s. 43. Schlafft einer auf der Schildwache / es sei in Festungen oder im Felde / gehet auch wohl zuvor und ehe er abgeloßt wird / von

von derselben hinweg / oder trincket sich dabey so
trunken / daß er seine Wache nicht bestellen kan /
der soll arquebusirt werden. **Darmstädter**
Kriegs-Artikel cap. 7. art. 7. **Schlafte** einer
auf seiner Schildwache / oder Sentinelten / und es
gehet von seiner Post / ehe und bevor er abgeld-
set ist / und dieselbige ledig stehet / der soll
arquebusirt werden / und solleg die andere / so
Wache thun / solches bey ihrem Ende anzeigen
und zu erkennen geben.

Ober-Sächsisch
Kreyses Articul. - Brief. art. 8. **Gingleichent**
so fall ich ein jeder / so lieb ihm seine Ehre und
Gedenkniß / zumahl man mit Geind steht /
oder Überfalls geworben muß / vor Erunkenhheit
hüten / der hiewieder handelt / und seine Schuh-
digkeit zu Alarms-Zeiten nicht erweiset / trunken /
oder gar nicht auf die Wache kommt / die Wa-
che verschläfft / oder auch sonst voller Weise
etwas verbriicht / den soll seine Erücklenheit kei-
nieswegs entschuldigen / sondern nach Beschaffen-
heit seines Verbrechens / ohne alle Gnade / mit
verbürcster Straße / an Leib / Ehre und Leben /
wieder ihn verfahren werden. **Lüneburgl. Ar-**
ticulus - Brief s. 3. **Welcher** Beschlshaber /
Reuter oder Knecht auf seiner Schildwache
wird schlaffen / oder nachlässig besunden werden /
also / daß Freunde über Feinde ihme zu seiner
Wache beholmest wohnen / oder seine Schild-
Wache gar verlasset / ehe er abgeloſet wird / des-
gleichen von der Wache ohne Erlaubniß gehet /
der soll an Leib und Leben gestrafft werden.
Schleswig. Kriegs-Rechte s. 9. art. 88. Da

§. III.

Dum dico: *factum commissum*, suppono ex principiis philosophiae moralis, facientem intellectu & voluntate, duobus illis principiis actionum humanarum

N

in-

es sich zutriuge / daß einer auf der Schildwache
es sey an was Ort es wolle / schlieffe / oder un-
abgelöst weggienge / oder sich dabey so trunken
trinke / daß er die Wache nicht verrichten kön-
te / der soll nach Besindung der Sache an Leib
und Leben gestrafft werden. Württemberg.
Articulis-Brief art. 30. Da einer auf den Schild-
wachten schlaffend gefunden / oder sonst / ehe er
abgelöst würde / davon gienge / der soll für Recht
gestellt / und hoch gestrafft werden. Hessisches
Kriegs-Recht art. 38. Wer auf der Schildwach
schlaffend gefunden / oder sonst ehe er abgelöst
würde / davon gienge / der soll an Leib und Le-
ben ohne alle Gnade gestrafft werden. Hollän-
disch. Kriegs-Recht art. 27. Ein Soldat / der
auf seiner Sentinellen oder Schildwache schlaf-
fend gefunden wird / soll ohne einige Gnade am
Leben gestrafft werden. Schweizerisches
Kriegs-Recht art. 6. art. 38. Der / so auf der
Schildwache schlöfft / es sey in Festung oder
im Feld / oder auch wohl davon gehet / zuvor
und ehe er abgelöst wird / oder trinket sich dar-
bei so trunken oder voll / daß er seine Was-
che nicht bestellen kan / der soll arquebusirt wer-
den.

instructum esse. Unde statim consequitur, infantes, furiosos, mente captos (*a*) & similes socialitatem in sensu juridico nunquam turbare, licet aliquid admittant, quod in præjudicium aliorum tendere videtur, & quoad considerationem physicam revera etiam tendit. Non enim intelligunt, quid agant. Quo anno autem infantia finiatur, illud secundum jus naturæ ex certo annorum numero determinari nequit, (*b*) sed ex circumstantiis diiudicari debet, an maturitas judicii adsit, annon?

§. IV.

(*a*) De quibus vide, etiam §. 4. J. de curat. ibique not. nostr. sub lit. b. l. 5. §. 2. ff. ad L. Aquil. qui textus præcipuus est.

(*b*) Ut quidem jure ciuili determinatum est, v. princ. f. quib. mod. tut. fin. & l. nle. C. quand. tut. esse defin. annon ergo jure naturæ inter impuberes & minorennes differentia adest? non credo, sed iterum ad hoc principium recurredum erit, an maturitas judicii adsit, an secus. Ratione legis positivæ Romane, ubi sunt 25. v. l. 40. §. 1. ff. de minor. 25. ann. ratione juris Saxonici Land. R. l. 1. art. 42. Lehn. R. c. 26. ubi sunt 21. anni, Garpzou. p. 2. const. 17. def. 9. ratione statutorum Hamburgensium part. 1. tit. 9. art. 1. ubi 18. anni sufficiunt, uti in electoribus aur. bull. c. 7. §. 4. Verba ex jure provinciali Saxonico adducere nolo, ne quis scandalum ea-

poss

§. IV.

Quæ quis coacte patitur, ea plane non imputantur. Unde is quidem poenam meretur, (a) qui stuprum violentum

N 2

femi-

piat & mihi *datum* imputet, de crinibus enim ibi sermo est. Hoc saltem addo, quod, quia jura positiva ratione numeri annorum variant, nostra thesis salvâ maneat: jure naturæ certum numerum non esse determinatum.

(a) In jure Ratmano & quidem in specie in l. i. §. 4. ff. ad L. Cornel. de siccari. Marcianus ita: diuus Hadrianus rescripsit, eum, qui stuprum sibi, vel suis, per vim inferentem occidit, dimittendum. Ergo etiam priuata auctoritate occidere licet ejusmodi stupratorem. Ad tale stuprum enim patiendum femina non obligatur, licet castitatem & pudicitiam *animi* non amittat, sed solum *corporis*. Meretur, ut adponamus locum ex Pufendorffio de J. N. & G. 4.2. c. 5. §. 11. Apud Ebraeos, inquit, ut tradit Seldenus de J. N. & G. l. 4. c. 3. tantus comitatur fauor defensionem corporis & pudoris, ut non solum is, qui inuadebatur, per se inuasorem cum cæde repellere, sed & alter innocenter oppressum cum cæde inuasoris defendere posset: idque non tantum, si vitam alterius aggredetur, sed eti cum masculo vellem concubere, aut alterius sponsam compriuere, vid. lex Visigothorum l. 3. c. 3. c. 6. constitut. Sicu-

lar.

feminæ infert, femina autem ex diuerso; cui illud infertur, extra reatum constituta est. Mores apud Germanos quondam,

lar. l. tit. 22. & sic magnis laudibus celebratum fuit judicium C. Marii, quod absoluisset, simulque corona donasset militem, qui *ororis sua filium* tribunum militum, de stupro se sollicitantem, interfecerat. Plutarch. Mario. Plato *de LL.*

l. 9. Qui mulierem liberam, aut puerum ad rem venereum vi subegit, impune non ab eo solum, cui vis est illata, verum etiam a *patre, fratribus, filiisque* vita priuetur. Neque ex eo, quod Augustinus *de ciuit. Dei* l. 1. c. 18. dicit: non amitti corporis sanctitatem, manente animi sanctitate, etiam oppreso corpore: (add. Gratianus *cans. 32. qu. 5. c. 1. 2. 3. 4.* Plautus *amphitr. haut* promeruit, quamobrem vitio verteres. Mea vi subacta est facere. Seneca *Hippolyto:* mens impudicam facere, non casus solet.) consequitur, violentos stupratores non posse quocunque modo repelli. Sicuti non sequitur, vir pius per temporariam mortem ad beatioram vitam transfertur; ergo latroni non potest extremam vim opponere. Quo loco tamen observandum, quod Lysias *orat. 1.* tradit, lege Attica gravius punitum, qui persuasione, quam qui per vim feminam stupraverit. Rationem subiungit: eos enim, qui vim faciunt, odio haberi censuit ab illis, quibus vis illata est. Qui vero se insinuando persuadent, adeo ipsorum ani-

dam, ubi signa virginitatis adhuc in usu erant, recepti, quod eiusmodi deflorata

N 3

co-

animos peruertere, ut aliorum uxores reddant sibi benevolentiores, quam maritis, & uniuersam domum suæ faciant potestatis; liberos quoque reddant incertos, maritorum ne sint, ad adulterorum. Libanius declar. 2. multo grauius est, quod persuasit, ut flagitiosa esset, quam quod necessitate inlata dedecorauit.

In *const. crim. art. 119.* ita habetur: *Si jemand einer unverleumbden Ehefrauen/ Wittwen oder Jungfrauen/ mit Gewalt/ und wieder ihren Willen/ ihr Jungfräulich oder Gräulich Ehre nehme/ derselbig Ubelthäter hat das Leben verwircket/ und soll auff Beklagung der Bendigten in Ausführung der Misschthat/ einem Räuber gleich/ mit dem Schwerd vom Leben zum Tod gerichtet werden.* *Si sich aber einer solches obgemelten Mishandels freventlicher und gewaltiger Weis/ gegen einer unverleumbden Frauen oder Jungfrauen/ unterstünde/ und sich die Frau oder Jungfrau sein erwehrte/ oder von solcher Beschwerniß sonst errettet würde/ derselbig Ubelthäter soll auff Beklagung der Bendthigten in Ausführung der Mishandlung nach Gelegenheit und Gestalt der Personen/ und unterstandenen Misschthat gestrafft werden/ und sollen darina Richter und Urtheiler Raths gebrauchen/ wie vor in andern Fällen mehr gesetzt ist.*

Jus

Jus Saxonum prouinciale l. 3. art. 1. ita disponit: um kein Ungericht sol man niederhauen Dorffgebeude/ es seyn dann/ daß darinnen Mägde/ oder Weiber genögdget werden/ oder genögdget darein gefürt sein. Dann da sol man über richeten/ man entrede es dann mit Recht. Wird aber darüber gerichtet/ und darnach jener allererst vor kommt/ und sich der Noth entreden wil/ man gilt ihm doch das Gebeude nicht/ dieweil man es nicht entredet zwor und ehe das Gericht gieng. Alle leabendige Ding/ die bey der Nögdigung waren/ die soll man enthaupten. (*) Alle die dem Gerüffe folgen/ halten sie den Nögdiger und Friedebrecher auff/ ob er wohl nicht überwunden wird/ sie sollen darumb keine Noth leiden/ also doch/ daß sie ihn allein für Gericht bringen.

(*) Als die Pferd/ welche sie trugen/ und die Leuth/ die dazu Vorschub thäten/ und endlich alles Lebendiges/ so dazu Hülff geathan hat. Auch soll man die Pferde/ da sie auff seyn weglommen/ enthaupten/ ut supra l. 2. art. 13. hæc glossa tradit. Alias in eadem glossa hæc quoque habentur: vom Niederhauen der Dorff-Gebeude vernimm/ daß man nicht mehr abhauet/ als die Schloß/ die Thüren und die Wände/ und die Statt/ die der Frauen Hinderung waren/ daß sie nicht weglommen möchte in ihrer Nögdigung/ darum/ daß sie solch Ubel beschützen. Est poena irrationalis.

(b) Sec-

coronam virginalem deponere debuerit,
juri naturæ sunt incogniti. (6)

N 4

§. V.

(b) Scabini Lipsienses apud Carpzouium *prax. criminis. quæ. 75. n. 83. 84.* pronunciarunt: was aber die genothzögte Person anlanget / ist sich dieselbe des Eranzes zu enthalten schuldig / & alio tempore: Sie ist aber gleichwohl/ weil Sie selbst gerüget und geßlaget/ daß er das Werk der fleischlichen Unzucht mit ihr vollbracht / mit bedecktem Haupte zu gehen schuldig! V. R. W. Serenissimus vero Saxoniæ elector apud eundem Carpzouium in *jurisprud. eccles. l. 2. def. 237. n. 17.* ita rescriptit archidiacono Chemniensi: Uns bey Uns ihr um information angesuchet / wessen ihr euch gegen die vom Feinde genothzögte Weibes-Personen bezeigen sollet / lassen wir euch zum Bescheid unverhalten / daß in solchen Fällen b. hutsam zu gehen / insgemein alles scrupuliren und nachgrübeln einzustellen/ die vorhin Betrübten nicht weiter zu betrüben/ sondern vielmehr auff bestrebende Fälle mit gebührlichen Trost auffzurichten/ der Feinde verübte Unthaten mehr mit dem Mantel der Christlichen Liebe um der beleidigten Personen willen zu judecken / als auszubreiten / und die Nothgezögten an ihrer Ehre / Nahmen oder Gewissen nicht vorsätzlich zu gefährnen seyn/ begebe sich aber bey einer oder der andern Person etwas sonderliches / so wollet ihr uns jedesmahl die Umbstände aufführlichen berichten / und uns frey resolution darauff erwarten / v. ibidem quoque

§. V.

Sed quid, si coacte aliquid agam, v. g. si alter me sub comminatione mortis, vel alterius grauissimi mali (*a*) adigat, ut tertio damnum inferam: hic itidem fundamentum imputationis cessat. Immo, si aliis valentior per violentiam membra mea ad aliquid agendum applicat, tunc valet simile, quod habet *Pufendorf de off. hom. & civ. l. 1. c. 1.. §. 24. inf.* mihi non magis factum istud imputari posse, quam gladio, aut securi cedes. (*b*)

§. VI.

que Franciscum Pfeilium, Berlichium aliosque *z. g. citatos.* Pertinet ad hanc materiam ex jure canonico *caus. 32. q. 5.*

(*a*) Quod supra constantiam humanam est, v. g. vulneratio, quia vulnera ad mensuram dari non possunt, verbena, &c.

(*b*) Fusius hæc exponit idem Pufendorffius *de J. N. & G. l. 1. c. 5. §. 9.* imputari quoque, inquit, nequeunt, quæ quis coacte patitur, aut agit. Talia enim ad illum moraliter pertinere intelliguntur, qui vim intulit; & qui ista exceptit, aut executus est, rationem duntaxat obiecti, aut instrumenti physici habet. Dionys. Halicarn. *l. 1.* omne inuoluntarium meretur veniam. Coactum autem habetur, non solum quando principium

§. VI.

Ebrium, abstrahendo a legibus ciui-
libus, regulariter excusationem non me-

N 5

reri

cipium motus est in alio , qui per vim alterius
renitentis & abhorrentis membra ad aliquid
agendum , aut patiendum adplicat : sed etiam
quando quis intentato vita periculo , aut alio
grauissimo malo , ab altero compellitur ad susci-
piendam exsecutionem facinoris , quod ipse alias
vehementer auersatur ; ita tamen , ut non ipse ,
sed alter ille eius facinoris auctor haberi velit .
Prioris exemplum est , si quis robustior aliquem
in alterum violenter impulerit , aut adreptam
ipsius manum eidem im pegerit ; aut si quis vio-
lentum stuprum feminæ intulerit , quæ nulla sua
culpa alienam libidinem prouocauit . Cuius
quidem corpori hoc modo contumelia infertur ,
ut tamen ad animum ea labes non penetret .
Corpus est tantum violatum , animus insons , di-
cebat Lucretia apud Liuum l. 1. c. 38. de cuius
facto eleganter differit Henr. Stephanus *apolog.*
pro Herodot. c. 15. Posterioris exemplum est , v.
g. si quis satelles jubeatur virum , quem ipse in-
sontem nouit , interficere , nisi ipse malit inter-
fici . Huic enim eo nomine nihil potest impu-
tari , eum eidem nuda exsecutio iniungatur , quæ
neque a persona ipsius abhorret , neque ut cum
dispendio vita detrectetur ratio est ; eum is sua
nece innocentem haud quidquam sit seruatu-
rus .

geri arbitrator. Quamuis enim juramento (^a) confirmare velit, se omnia ea, quæ in ebrietate patrata sunt, altero mane ignorasse: item, se non fuisse compotem rationis suæ; est tamen ignorantia talis, quam proprio suo facto adtraxit, & exercitum rationis sibi ipsi pariter admitt. Duos casus excipio, (1.) si quis ad bibendum contra voluntatem suam per

(a) Juramentum enim regulariter non admittitur, sed probatio testibus fieri debet. Quamuis enim hi juxta Farinacium p. 3, *oper. crim. qu. 93. n. 26.* de ebrietate deponentes simpliciter non probent; attamen fides ipsis habenda est, si rationem credulitatis adferant, deponentes de transformatione faciei, loquela, actibus indecentibus, aliisque signis & coniecturis probabilibus, unde delinquentem ebrium fuisse liquido conligi potest. Idem Farinac. *de testib. qu. 70. n. 50.*
 Daß er gewiß und in Wahrheit sehr und übermäßig trunken / und Er also seiner Vernunft und Sinnen nicht allerdings mächtig gewesen. Laus hæc sordet. Quod si testes non adfuerint, qui de ebrietate rei depônere queant, torturæ delinquens subiici potest ad eruendam veritatem, ne forsitan ob defectum probationis defensio ipsi prorsus auferatur. Fleabile beneficium. Ita tamen Carpzovius *prax. crim. qu. 146. n. 60. 64. 66.* add. Brunnemannus *proc. inquis. c. 9. n. 63.*

per vim adactus, (b) ubi ab omni poena immunis est: illi vero graviter puniri debent, qui ipsum ad bibendum adegerunt. (2.) Si ignoravit vires potus, quod Noacho (c) recens vinum bibenti & alia occasione Lotho (d) accidebat.

§. VII.

(b) Per ea, quæ habuimus in §. IV. & in nos, ad illum §. addere etiam §. V.

(c) Genes. 9. v. 20. usque ad v. 27. inclus. Noa autem agriculturam ingressus vineam conseuit; ex qua vinum cum potauisset, inebriatus virilitatem in media tabernacula nudatam habuit. Patris natura visa, Chanaanis ille pater Chamus id foras ad suos duos fratres retulit. At Semus & Japhetus pallium suis amborum humeris imponunt, & retro gradientes, sui patris verenda tegunt, ita quæsis vultibus, ut patris verenda non vidarent. Noa autem, edormito vino, ubi minimi natorum factum contra se resciuit, sic effatus est: infelix Chanaan, seruus seruorum fratrum suorum esto, Grates Jouæ Deo Semi, inquit, isque Chanaanem vestigalem habeto. Japhetum quoque amplificet Deus, efficiatque, ut in Semeis tabernaculis habitet, & Chanaanem vestigalem habeat.

(d) Genes. 19. v. 30. usque ad fin. c. Lothus autem Sigori (in Zoar) degere non ausus, ab ea discessit & in monte cum duabus suis filiabus in quadam spelunca habitauit; eorum autem filia-

rum

rum natu maior cum minore egit, ut quoniam pater consenuisset, nec quisquam in terra vir superesset, a quo, sicut ferret omnium mortaliū natura, comprimerentur: patrem vino inuitarent, & ex eius concubitu proli consulerent. Ergo ei vinum ea nocte largius miscent, & cum patre grandior natu filia concubit, neque ille eam neque cubantem sensit, neque surgentem. Postridie demonstrat grandior juniori sese pridie cum patre cubuisse; hortatur, ut ei vinum etiam in proximam noctem largius præbeant, & cum eo ipsa vicissim cubet, ut ex patre soboli prospiciant. Quod quum illa fecisset & idem cœnisset, ut neque cubantem ille, neque surgentem sentiret, conceperunt ex patre duæ Loti filiæ, quarum grandior filium, peperit, quem Moabum nuncupauit: ex eo prognati Moabitæ, qui etiamnum manent. Minor item filium cui Bennaimmi nomen fecit: a quo nati sunt Ammonitæ, qui hodie etiam durant.

Ceterum, quando diximus, ebrietatem regulariter non excusare: hæc adsertio ad materiam de *delictis* pertinet. Ratione *contractum* vero ab ebrio celebratorum res aliter sese habet, hi enim non obligant, quia alter sibi imputet, quod cum ebrio (cuius ebrietas jam eo usque processerat, ut per vinum, vel etiam pro re nata cereuism ratio plane sit obruta,) contratum celebrauerit. Hic damnum, quod quis sua culpa sentit, damnum non est. Aliquando plane *dolus* concurrere potest, si quis alterius ebrietatem cœptauit & obseruata eius facilitare

[pro-

promissum astute elicuit, Pufendorff: de *J. N.* §
G. I. 3. c. 6. §. 4. Hoc per se patet, quod obli-
gatio adsit, si quis discussa crapula, ubi dicta
sua in mentem ipsi fuerint reuocata, eadem rata
habuerit, non ex eo, quod ebrius, sed quod
sobrius egerat. Hic etiam *hilaritatis* men-
tionem iniicit Pufendorffius. Paullo tamen, in-
quit, largior inuitatio, & quæ non tam rationem
obfuscatur, quam ad hilaritatem prouocat, obli-
gationem contrahendam non perimit, præser-
tim, uti paullo ante ubi illa a sobriis renoue-
tur. Si ebrietas rationem obfuscatur: interdum
dici solet:

- - - - *ceciderunt in profundum,*

v. g. summus Aristoteles, Plato & Euripides.

Jam de *adfectibus* nonnulla in genere notanda
erunt. Sententiam meam jam exposui in proble-
mate juridico Halse Magdeburgicæ a. MDCCVI.
publice ad disputandum proposito *an*, & qua-
tenus *adfectus humani in foro considerentur?* ad-
fectus in jure non aliter considerantur, quam
quatenus in facta extrinsecus erumpunt, ergo
quatenus sunt nudi motus interni, catenus co-
rum consideratio ad theologiam & philosophiam
moralem pertinet, v. g. concupiscentia nuda,
superbia, inuidia, &c. Adfectus in genere sunt,
motus humanæ voluntatis, qui vel ad conse-
quendum aliquod gratum, vel ad declinandum
malestum tendunt, excitati ab impressione re-
cum externarum in corde humano eamque se-
cuta, extraordinaria sanguinis commotione, v.
Dr. Thomasius in der Ausübung der Sitten-
Lehre

Ethic c. 3. Et in spec. §. ult. cit. nostr. disp. §. 23
 Et 3. ubi etiam variae opiniones Aristotelicorum,
 Stoicorum, Epicureorum & Cartesii recensen-
 tur, quantum scilicet ad numerum affectuum
 adtinet. *Affectus*, qui tendunt ad *declinan-
 dum molestum*, vulnerationem, occisionem, læ-
 fionem auctoritatis & honoris, &c. dicente Pu-
 fendorffio de offic. hom. Et cist. l. i. c. i. §. 14.
 plus fauoris, aut veniae, mortales inter comita-
 tur, quam ceteros, eoque magis, quo infestius
 & intolerabilius fuit malum, quod eos excita-
 uit, unde fauor moderaminis inculpatæ tutelæ,
 de quo deinde §. X. seqq. tuendæ pudicitiæ, de
 quo supra §. IV. licentia retorsionis, actionis
 iniuriarum, v. §. seqq. &c. Declinatio, seu auer-
 sio mali & molesti ex affectu *ambitionis* proue-
 nit, cuius filia est *ira*. Sed cur non idem est
 fauor intuitu affectum, qui tendunt ad *adqui-
 rendum aliquod gratum*, siue sit bonum verum,
 siue imaginarium, quo pertinet *volupras* & *anari-
 sia*, siue habendi libido? Longe, inquit Pufendorff.
 l. cist. tolerabilius habetur, carere bono ad naturæ
 conservatiōne non adeo necessario, quam excipere
 malum ad naturæ destructionem tendens. Rem
 ego ita exposui in eit. disp. §. 14. *bonitas*, qui in
 codem negotio cum altero concurrant, vel versan-
 tur in facto licito; vel in illico; & per consen-
 quens facto tali prouocant agentis affectum.
 Quod si ergo agentis affectus facto alterius
 actio prouocatur: agens venia dignus censetur,
 vel in totum, vel saltem ex parte; quod si vero
 affectus alterius facto prouocatur. Hoc
 poste-

posteriori casu agens neque in totum, neque ex parte venia dignus esse censeretur. Pohamus casum; amat quis. Non studet, non ægrotat in sensu communi, sed amat. Amor in sensu speciali etiam est morbus & pertinet ad species febris. Sed transeant hæc. Ille in sensu speciali ægrotans eodem modo sese gerit, ut Amnon ille, 2. Reg. 13. v. 1. seqq. ubi ita: accidit postea, ut quum haberet Absalomus Davidis filius sororem formosam, nomine Thamarēm, eam sic effictim amaret Amnon, Dauidis & ipse filius, ut præ sororis amore ægrotaret, quod ea virgo erat, & Amnoni ea potiri difficile factu videbatur. Habebat autem Amnon familiarem quendam Jonadabum nomine, Semaë fratri Dauidis filium, hominem prudentem in primis. Is illum interrogavit, cur ita, qui regis filius esset, in dies macresceret? hortatusque est, ut id sibi indicaret. Cui Amnon respondit, soror Thamarēm Absalomi fratri sui germanam dé-amare. Tum Jonadabus ei suadet, ut in lecto decubat morbumque simulet. Quod si ad te visendum pater tuus venerit, petes ab eo, ut veniat Thamar soror tua, quæ tibi cibum pareret, pulmentumque te praesente conficiat, quod tu videoas, & de eius manu comedas. Igitur decubuit Amnon morbumque simulans. Quumque rex eum iniurisset, petuit ab eo, ut ad se veniret soror sua Thamar, quæ sibi spectanti duas placentas faceret, quas de illius manu ederet. Itaque Dauid Thamarēm eo misit, jussisque ut domum Amnonis iacet, cique edulium

lium pararet. Thamar Amnonis fratris sui de-
cubantis domum petuit, farinamque cepit, &
ea subacta, placentas eo spectante formauit
coxitque: & sumita patella ante eum effudit.
Sed Amnon comedere renuens, jussit omnes fe-
ras emitti: Egressisque omnibus Thamari jussit,
ut edulium in conclave inferret, ut ipse de illius
manu comedendum acciperet. Tum Thamar
factas a se placentas capit, easque ad Amnonem
fratrem suum in conclave illatas, ei comedendias
adponit. Ille vero eam prehendit, & A-
des, inquit, cuba mecum mea soror. At illa:
Noli frater, noli me stuprare, inquit, hoc enim
apud Israelitas nefarium est: noli tantum com-
mittere flagitium. Nam & ego, quo me ver-
tam cum meo probro? & tu inter flagitosos
apud Israelitas habeberis. Quamobrem col-
loquere cum rege, neque enim me tibi denega-
bit. Sed ille noluit ei obsequi eique per vim
stuprum obtulit. Deinde eam multo maiore
odio prosequens quam fuerat amore prosequu-
tus, jussit ut discederet. Atque illa dicente,
hoc deterius esse, quod ab eo dimitteretur,
quam illud, quod ab eo passa fuisset, noluit ob-
temperare. Vocatoque juuene administrō suo,
jussit eam a se foras emitti, & ostium post eam
obserati. Tum minister eam foras eiecit, osti-
umque post eam clausit. At Thamar insperso
capiti suo puluere, lacerataque tunica vermicolo-
re, quam ferebat, (sic enim solebant regum filii,
virgines palla indui) manuque capiti imposta,
vociferans abibat.

Ex-

SC. VII.

Si alter per verba contumeliosa, aus
ilia facta illicita alterum ad iram prouo-
cat, huic condonandum erit, licet pau-
lo durius in prouocantem animaduerte-
rit, (4) modo talis sit ira quæ iratum

O *relium ex*extra**

Exceptio itaque eiusmodi Athertonis est, *pulchra facies virginis; vel alterius feminæ; libidinem meam irritauit;* ergo mihi nihil imputari potest. Bona verba quælibet. Pulchra facies non pertinet ad ea, quæ prohibiti generis sunt, ergo ex hoc capite nullus concubitus excusat, siue vocetur adulterium, siue stuprum cuiuscunque generis, siue alio fœdo mortine vegetat.

Transitus jam ad *anaritram*; siue *habendi libidinem*, ubi offendimus fures, homines illos, si in singulari numero & casu nominatio tales consideramus, trium litterarum. Furēm, raptorēm irritauit alterius pecunia aliæque res pretiose, quæ in sensus cadunt eosque mouent. Fur gratum aliquod adquirere vult, raptor paritet, annon eum adfectus excusat? negatur, quia longe tolerabilius habetur carere bono ad natu-
ræ conseruationem non adeo necessario. De casibus extremæ necessitatis, v. g. tempore famis, deinde dicemus, quippe, qui ad exceptiones per-
tinent.

(4) De hoc casu ita Carpzovius in *prax. criminis*, *gn. 147. n. 41. seqq.* cauillam quoque, inquit, mi-
nuendi.

extra se constituit. Quodsi vero talis
iratus tertio innocentis occasione da-
tur, etiam si non est in causa minima

intendi peccati constitutere vulgo solent inter-
pretes iracundia calorem, & non commotum de-
linquentem mitius puniendum esse, adserunt,
juxta l. 2. ibi *seu calorem.* Et c. de abolit. l. ane-
facta. s. causa. ibi cum quis per iram ab extra-
neo pulsatus est, ff. de poen. scđ. si quis iraens
ubi gloss. 2. quest. 3. c. ira. 11. qn. 3. In primis ver-
to ob homicidium calore iracundiae commissum,
non ordinariam homicidii poenam, sed aliam
mitiorem judicantis arbitrio imponendam esse
dicunt. Huiusque rei rationem hanc ponunt,
quod difficilissimum sit, iustum dolorem tempe-
rare, quum homo intenso dolore permoritus non
sit in plenitudine intellectus: Ex quo sequitur,
hominem iratum perinde ac infantem & furio-
sum non dolose delinquere, nec propter ea de-
licto teneri, aut ad minimum mitius puniri de-
bere, l. si adulterium cum incep. 38. s. 8. ff. ad
leg. Jul. de adult. l. Gracchus 4. C. cod. tit.. Sed
adserio haec DD. licet communis fere sit atta-
men valde suspecta mihi viderur: etenim si ge-
neraliter vera concedatur, rarissime sane in ho-
micide (in quo delicto potissimum haec causa
poenam mitigandi agitatur), reus supplicio erit
supponendus; quippe quum pleraque homicidia
ex animo irato comittantur, & raro ex pro-
posito, animoque liberatio quis aliquem occi-
dat,

sumum inferat: prætextu iræ se excusare non poterit. Ubi simul tamquam regula

O 2

ge-

dat, quod & in crimen incendi, blasphemie, iniuriæ, siue calumniæ fieri videimus, qualia delicta frequentissime iracundia excusari solent, haud quaquam tamen veniam merentur. Ut tamen prorsus dubitem regulam ponere generalem: *Quod ira regulariter delinquentem a pena ordinaria non excusat.* Huius regulæ fundamentum principalius ponitur in *I. si non connitii s. C. de iniur. in verb. si autem in rixam inconsulto calore prolapsus, homicidis conuicium obiecisti, Ex eo die annus excessit, cum iniuriarum actio anno tempore prescripta sit, ob iniuria admissum conneniri non potes.* Unde infertur, iniuriam sola iracundia exceptione se tueri non posse aduersus iniuriarum actionem, nisi temporis præscriptio adcesserit.

Pergit Carpzouius loc. cit. n. 47. seqq. Quo & plurimum facit Ordin. Crimin. Carol. art. 537 vers. Aber nach &c. in verb. und einander/ der ein Todeschlag aus Zorn gethan / und sonstigen auch gemeldte Entschuldigung nicht hat / mit dem Schwerdt vom Leben zum Tod gestrafft werden soll. Quæ sanctio apertissime probat, pari potestate adsciendo esse homicidas, siue ex iracundia calore, siue non, aliquem necauerint: veluti & glossa unius eidemque suppicio subiicit res, qui vel ex proposito & hostili animo, vel ira commoti homicidium committunt, in art. 13.

lib. 2.

generalis de affectibus obseruandaa : Ad affectus nostros toties nobis excusationem

pra-

lib. 2. Land-Recht verb. daß allen / die einen Maria schlagen und fahen / Die Häupter abgeschlagen werden sollen/ ubi *glossa lit. k.* addit: verilimi / zu tode schlagen durch Gehde / oder um Zorns willen und vorseßlich. Ex quo satis patet, iracundia calorem neminem a pena homicidii excusare. Ac licet prædicti textus soluta de criminis homicidii loquuntur ; attamen quia in aliis quoque delictis idem obtineat , ex ratione identitatis obscurum non est. Hocque est, quod scribit Bald. *in l. si non conuiss. n. 2.* *C. de iniur.* quod quædam sint , quæ sotiantur juris effectum & repudium , eaque nihil operantur , si siant calore iracundia , quia non procedunt ex animo , sed potius secundum quandam alterationem ; quædam vero sint , quæ non sotiantur effectum , ut sunt maleficia , in quibus non distinguitur , an emanauerint calore iracundia , vel non : quoniam maleficia nunquam debent remanere impunita, *Felin. in c. dilecti filii. n. 15. in fin.* Hancque regulam Elect. Saxon. Scabinos in pronunciando sequi , indubitatum est, prout ex plurimis eorundem responsis patet: So möchte er von wegen solcher begangenen und bekandten Entleibung / seines gethanen Fürrwendens ungeachtet / daß er nemlichen aus Zorn solches gethan / hinwieder mit dem Schwert vom Leben zum Tode gestraft werden/ *V. R. W.*

ad

præbere, quoties illi per iniustum alterius factum prouocati. Unde adulter-

Q 3

ad-

*ad requisitionem Questoris Zwickaniensis, mens.
Nou. ann. 1593. Item:* dieweil G. B. bekannt /
dass er dem Entleibten mit seinem Hirten-Stes-
cken den Schlag / davon er verstorben / jügesü-
get / &c. So wird er / wegen seines Fürwendens
ungeachtet / dass er nemlichen vom Zorn übereis-
set worden / jedoch / wosfern er auf seinem gethan-
nen Bekanntniß vor Gerichte freywillig verhar-
ren / oder des sonst / wie recht / überwiesen
wird / wegen der begangenen Entleibung hinwie-
der mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode
billig gestraffet / V. R. W. ad consultationem
actuarii judicij Clebergensis, mens. Jun. an. 1593;
Plura vide responsa supra p. 1. q. 6. n. 17. & seqq.
Idemque in delicto *incendi* obtinere, nec incen-
diarios prætensione iracundia a poena ignis or-
dinaria exemitos esse, plurimis Scabinorum præ-
iudicis probavi p. 1. q. 38. n. 52. quia & in crimi-
ne *iniuriarum* iram iniuriantem excusare, tan-
tum abest, ut nunquam fere absque iracundia
calore iniurias euomi existimem, quæ si impu-
nitas relinqui deberent, nunquam poena iniuria-
rum alicui infligenda esset, qua tamen iniurian-
tes quotidie coerceti in aperto est. Nec quen-
quam in contrariam sententiam commouere de-
bent auctoritates interpres, qui delinquen-
tes ire commotos mitius puniri volunt. Præ-
ter-

adfectum voluptatis, fur adfectum autoritatem adlegans hoc intuitu nullam veniam me-

terquam enim, quod textus ab ipsis allegati vix ac ne vix hoc probent, certe praedicti DD. neutriquam uniuersaliter hoc ipsum adfirmant, sed adassertionem suam ad eum solummodo casum restringere videntur, quo vel ira *ex justa causa* atque dolore praeuenerit, vel delinquens iratus mente prorsus alienatus fuerit. extra hosce causas eorundem adassertionem obtinere tantum absit, ut nec ipsi veniam iracundiæ tribuere ausi fuerint. Has duas limitationes ~~numm. seqq.~~ quoque admittit Carpzouius,

Nos quoque eas admittimus &c mentem nostram in disp. an *Eg* quat. adfect. hum. in for. human. considerent. §. *XPII*, *XIX*. *XIX*, *XX*. *XXI*, fusius de toto hac materia ita exposuimus: ex hoc fundamento profluit, quod marito adulterium occidere liceat, si in ipso facto illico, conegbiū nempe cum uxore, eundem deprehendat. Quale quid parti quoque indulgent leges Romanæ, cum triplici tamen differentia, (1.) *ratione loci*, quod maritus in *propria domo* adulterium deprehendere debeat, intuitu partis autem perinde sit, siue eum in *propria*, siue *genitrix* ædibus inuenierit. (2.) *ratione persona adulteri* maritus eum solum occidit, qui vilis conditionis est, pater vero quemcumque. (3.) *ratione persona occidenda*, pater siquidem &c adulterium

meretur, de qua materia iam supra egimus in notis ad §. VI. pag. 205. seqq.

O 4. 1. 1. §. IX.

C filiam uno quasi ictu interficere debet, maritus vero solum adulterum occidit, v. l. 23. §. 24. ff. ad l. Jul. de adulst. cuius differentiae hanc rationem reddunt DD. quia pietas paterni non minis plerumque consilium pro liberis capit, sed mariti calor & impetus facile decernentis refrenandus, v. Farinac, qu. 121. part. 2. per tot. Brunnem. ad d. l. 24. n. 1. Quod si parer vel maritus dictos terminos transgreditur, eatus ad his indulgetur adfectui, ut saltem extraordina- rix poenæ locus sit, Brunnem. ibid. n. 2. Quid vera sentiendum de eo casu; si adulter in actu adulterii deprehensus marito pro redimendo capi- tis periculo certam pecunia summam offerat, quæ- tur enim an eo casu maritus actionem habeat ad exigendam pecuniariam promissam, vel annon e contrario adulter marito agenti exceptionem quodmetus causa opponere possit? Affirmati- ue (si est, adultero competere dictam exce- ptionem) hoc deciditur in l. 7. 6. 1. ff. quod. met. casus. Prinde, inquit Ulpianus, si quis in furto, vel adulterio deprehensus, vel in alio flagitio, vel dedit aliquid, vel se obligauit, Pomponius lib. 28. c. 1. scibit, posse eum ad hoc edictum pertinere. Aliquid enim vel mortem vel vincula. Et. Adde ista pr. cod. ubi Paulus; isti quidem Et in l. 7. 14. Iijm. iudicant, quod pro comperto supra accep- rane.

vane. Prator tunc est etiam, ut defensione, admodum
senire debet. Nam ergo gestum est mala more, sed
prator non recipit an adulterio sit, qui dedit: sed
haec salvo, quod hic accipit rem mortis iniurie.
Non leue dubium hic mouet Brunnem, ad d. l.
z. n. 3. Non putarem, inquit, hunc textum pro-
cedere in his casibus, in quibus leges ipsae gla-
dium vindicem patri & marito, sed huic certe
respectu, porrigit, nam cum hi minantur
licite saltum in foro exteriori, non poterit haec
licita vis, comminata tantum, actionem quod
maritus causa pacere, quae vindicat metum mor-
tis incussum contra iura. Nam si vis concessa,
communatio violentiae magis concessa videtur,
Et sane ira viderat, quia qui licet id, quodma-
ius est, illi sine dubio etiam licebit, quod mi-
nus est. Sed responderet ipse Brunnemamus:
Nisi quis dicat violentiam in isto casu (scilicet occi-
sionis) presumi ex ira & quasi furore inspi-
ratam, quae presumptio cessat in eo, qui recu-
piam extorquet. Scilicet tota res ex natura ad-
fectuum dependet. Ira juxta leges civiles ex-
euusat in eiusmodi factis, ad quo perpetratus affi-
ctus homines communere soleat. Commotus am-
tem non ad accipiendo pecuniam, sed ad in-
fligenda verbera, imo ad ipsius vita periculum
inferendum. Non obstat L. 4. pr. ff. de iudicio
ob turp. caus. quia ibi non est sermo de lo casu,
si maritus violentio modo pecuniam ab adultero
extorsit. Aliud notabile exemplum adpresen-
tem materiam pertinens occurrit in L. n. 6. de
rap. virg. ubi de raptoribus ita constitutae Ju-
stitia.

Minianus: *No igitur sine vindicta talis criminis
 infamia, sanguinis per banc generaliter confi-
 ssionem, ut hi, qui huiusmodi crimini commis-
 sient, & qui eis auxilium invasionis tempore pre-
 buerint, ubi inueni fuerint in ipsa rapina & ad-
 huc flagranti criminis comprehensi, & a parenti-
 bus virginum vel ingeniarum vel viduarum vel
 quorum libet feminarum, aut eorum consanguine-
 orum, aut a tutoribus vel curatoribus vel patro-
 nis vel dominis convicti interficiantur. Qua-
 mulus magis contra eos obsinere sancimus, qui
 impie mulieres aut sunt rapere - - - quibus
 consumeramus etiam eum, qui saltem sponsam
 suam per vim rapere ausus fuerit.* Adhuc alias
 casus est in nov. 117. c. 15. in qua permittitur ma-
 trico, ut si post dies ex scripto contestationes
 eum, qui iphi suspectus est, in sua domo aut
 ipsius uxoris aut in popinis aut in suburbanis
 cum uxore sua inuenierit, propriis imanibus
 eum interficere possit, ita ut nullam propterea
 poenam timere debeat. Jus canonicum tamen
 hac de re paulo aliter sentit, v. can. 9. caus. 33.
 quast. 2. & Stephani ad d. nov. 117. n. 17. Ergo
 duae questio[n]es hic separande: (1.) an maritus
 interficiens adulterum coram Deo ab omni labo-
 r[io] immunitus? quam pricipue negare videtur jus
 canonicum, (2.) annen saltem talis maritus
 quoad penam temporariam excusandus? quam
 adfirmant leges Romanæ. Conferatur etiam
 nostra doctrina pandectarum in iss. log. Jul. de
 adul. h. q. 10.

§. IX.

Ignorantia facti alieni semper excusat, non autem ignorantia juris naturae, quippe eius præcepta adeo plana & simplicia sunt, ut ab omnibus hominibus sine speciali reuelatione comprehendendi possint. Imo nec ignorantia juris ciuilis ciues excusat, nisi quis ante unum vel paucos dies membrum Reip. factus sit & sic notitiam legum nondum haurire potuerit, tunc enim adest ignorantia invincibilis.

§. IX.

His breuiter præmissis nunc porro occasione definitionis delicti supra traditæ de nonnullis casibus specialibus agendum erit. Quæritur: an autocheiria jure naturæ sit permitta? respondetur, regulariter nemini eam licere, cum nemo sibi ipsi, sed aliis hominibus natus sit, licere tamen, si quis certo præuidet, mortem sibi paulo post ab hoste, aut saeo homine cum cruciatu intolerabili imminentem, tunc enim ipsi non est causa, quod societati subtrahatur, sed hostis ille, vel alius saevis homo.

§. X.

Socialitatem etiam non laedit, aut delictum committit, qui defensionis causa alteri perniciem infert. Si aggressor vitam alte-

alterius impetrat; tunc nullum plane dubium adest quin defensio cum interitu ipsius permissa sit. Idem est, si pudicitia puellæ inuitæ auferatur, hæc enim, vita scilicet & pudicitia, sunt bona nullo modo reparabilia.

§. XI.

Sed quid si bona tantum nobis eripere velit alter? Hic quidem distinguendum est, an quis in ciuitate viuat, an vero in statu naturali existat. Priori casu aggressorem regulariter occidere non licet, bona enim ablata per implorationem officii judicis iterum recuperari possunt, nisi forsitan eiusmodi arma secum adferat adgressor, ut probabile sit, cum non nudo animo rapendi, sed interficiendi etiam accessisse. Posteriori casu quia iudex communis deficit, aggressorem omnino occidere licebit, probabile enim est, quod ille, si bona mibi impune eripuerit, deinde ulterius progressurus & ipsam vitam impetitus sit. Nemo autem adest, qui aggressorem ad cautionem de non offendendo præstandam adigere queat.

§. XII.

Ex eodem fundamento profuit, quod quamvis in ciuitatibus aggressorem jamdum fugientem prosequi & interficere non

non liceat, quia iterum tunc recursus ad iudicem patet; intuitu eorum tamen, qui neminem nisi Deum in his terris agnoscunt, aliter dicendum sit, verendum enim est, ne futuro tempore idem suscipiat, ubi aggressus extra statum defensionis constitutus est. Et hinc dicitur, contra hostem in infinitum progredi licere, quod ita intelligimus, donec vires ipsius ita debilitata sunt, ut ab eo nihil amplius metuere posse habeamus.

§. XIII.

Quod si quis violentam alterius aggressionem prauidet, bene quidem facit, si ipsi aditum praeccludit & sic conflictum evitat, interim tamen nec iniustus dicendus, si ipsum expectat & deinde interficit, quoniam alio tempore me imparatum aggredi & occidere posset. Sed haec in ciuitatis iterum aliter se habent, quia interims a judice securitas procurari potest.

§. XIV.

Interdum quoque necessitas, (i.e. certe circumstantiae ex insperato superuenientes,) efficit, ut factum pro turpi non reputetur, quamvis alias & abstrahendo ab eiusmodi circumstantiis classi delictorum omnino, acceptandum fuisse. Reficit hoc diuer-

diversos casus Pufendorfius de *O. H. & C.*
lib. i. cap. 5. §. 19. seqq. quod v. g. membrum
 insanabili vitio correptum abscindere li-
 ceat, ne pars sincera trahatur: quod si in
 naufragio plures in scapham insiluerint,
 quam illa ferre possit & scapha ad nem-
 nem pertineat, unus per judicium sortis
 eligendus sit, qui proiiciatur, & quod hic, si
 deinde sortis periculum subire detrectet,
 inuitus proiici queat: quod si quis natandi
 peritus cum altero natandi imperito in
 profundas aquas inciderit, & hic illum cir-
 cumplexum teneat, illi autem tantæ non
 sint vires, & alterum secum aquis efferre
 valeat, quod, inquam, tunc alterum vio-
 lenter a se amoliri liceat, ne uterque na-
 tantium suffocetur.

§. XV.

Huc etiam pertinet obseruatio, quod
 non committat furtum ille, qui extrema
 inopia pressus inuito etiam Domino tan-
 tum subtrahit, quantum ad sustentatio-
 nem suam opus habet. Modo tamen re-
 media ordinaria prius adhibuerit, id est, vel
 ad operas præstandas, si potest, se obtule-
 rit, vel ad minimum precibus alimenta ob-
 tinere tentauerit, & modo alter, cui ali-
 quid subtrahitur, non in pari angustia con-
 stitu-

stitutus sit. Posset & hoc addere, modo quis ad premium solvendum paratus sit, si forsan futuro tempore ad pinguorem fortunam peruerterit. Alia a DD. passim adferuntur, quæ omnia eo recurrent, delictum celare, si non adsit intentio turbandi socialitatem, nec turbatio illa per nos stram culpam fiat.

§. XVI.

Hæc quoad fundamenta doctrinæ de delictis sufficere & causas plures speciales ex aliis DD. hauriri poterunt. Quantum nunc ad materiam poenarum adtinet, id quidem consequens est ex hactenus adductis omnia facta socialitatem turbantia coercenda esse, quod inter eos, qui superiorem non agnoscunt, per bellum, inter eos vero, qui in Rep. viuunt, per actiones in judiciis institutas fieri solet; ast vero qualis coercitio ea esse debeat, hoc jus naturæ specificè non determinat, sed in ciuitatibus cuilibet legislatori relinquit, in statu naturali autem persecutionem hostis tamdiu permittit, donec ipsius vires ita debilitatæ sunt, ut in posterum nobis ab eo nihil metuendum sit.

DE OFFICIIS ERGA MORTUOS.

§. I.

Hactenus de officiis egimus, quæ homines quandiu in societate vel uniuersali, vel speciali etiam viuunt, sibi invicem exhibere obstricti sunt. Restat nunc quaestio, utrum etiam hominibus post mortem ad certa officia, & in specie ad sepulturam obligemur. Item, utrum ius naturæ exigat, ut cadauera defunctorum præcise, ut apud nos moris est, terra obruantur.

§. II.

Hic primo statim quoad statum controversiae ritæ formandum notandum est, mores nostros, juxta quos terra obruuntur cadauera, non repugnare legi naturali, neque adeo carpentes esse, qui hos mores non solum sequuntur, sed eos quoque laudant; verum id saltem in quæstione esse, utrum præceptum juris naturæ adsit, ex quo ille modus sepeliendi deduci possit.

§. III.

Nos negamus dictam quæstionem, quia enim mortui non amplius ius habent, ergo etiam iisdem nullo modo obligamur, ergo nec in specie ad hunc sepulturæ modum. Argumenta Grotii de I. B. & P. I. 2. c. 19. 6. 2. à moribus gentium, præstantia ac dignitate humana desumpta, nullius plane sunt valoris, & quæ non solum ipse, sed & com-

commentator ipsius Osiander ad A. l. s. i. hic præterea ex S. Scriptura adducit, ea partim extra limites disciplinæ juris naturalis sunt, partim etiam scopum iterum non tangunt, sed reuera argumenta iniuriosa sunt, quorum unum ex loco Gen. 3. v. 19. terra es & in terram reueteris, alterum autem ex spe resurrectionis desumptum est, quippe tunc monumentum sepultura esse debet.

S. IV.

Nostro ergo judicio non peccarunt Romani, Græci, Galli, Germani aliqui, qui cadavera defunctorum concremarunt: nec Persæ, qui canibus & auibus abiecerunt demortuos, v. Osiandr. loc. cit. nec alii, qui cadavera in flumina proiecérunt, aut ipsi eadem deuorarunt: Nec peccant hodie principes, si cadavera furum & latronum absque sepultura relinqui jubent, aut eadem ad anatomiam concedunt. Ita quoque falsa est sententia Grotii, qui ob denegatam sepulturam bellum alteri populo inferri posse dicit.

S. V.

Concludimus itaque verbis Ziegleri *in nos. ad Grot. de I. B. & P. L. 2. c. 19. s. 2. verb. simplices*, sepulchra primum inuenta esse ad remouendum fœtorem ex cadaveribus prouenientem, non autem principaliter defunctorum caussa, quippe quibus alias facilis sit jactura sepulchri. Et huc pertinere interdicta & prohibitiones, ne sepulchrum incivitate fiat. Et porro quemadmodum brutorum cadavera ideo terra obruimus, ne ex fœtore aer inficiatur. Ita non aliam videri esse originem humanae sepulturæ, nisi quod benignius de ea, & us Christianos decet, sentiamus & loquamur.

F N I S.